Dignum ergo eſt,vt idipſum in noſtra nos aſſertione red=
dat timidos. quod in vnius aſſertione veritatis,tot iam vi-
demus eſſe diuerſos. Quia enim,de longe veritas videtur,
diuerſa iudicia parit, et tantum de ip̄a quiſq; poteſt,quan=
tum ip̄e eſt. In nobis quippe eſt,ꝙ de rerum cognitione ꝑ-
cipimus, et eo modo cordis intellect9,de his que extra ſūt
ad veritatem iudicat,quo ſe interius animus in repreſenta-
tione figurat. Vnde neceſſe eſt, vt dum mens interius cor-
rupta praue afficitur, intellectus quoq; in iudicio eoꝝ que
foris ſunt decipiatur. Hec ip̄a eſt cauſa,que etiam aliquan-
do in vnitate ſenſuū,ↄtrouerſiā vboꝝ generare ſolet,que
tamen tunc magis venialis fit, cū pertinax nō fuerit. Hanc
igitur nos,qui verbi dei tractatores, et inquiſitores veri=
tatis eſſe videmur, ſi inter nos forte,vt aſſolet,aliquando ī=
uenerimus, citius in idip̄m redeamus, ne ſi ceperimus no=
ſtra dicta pertinaciter defendere, aliquid putemur ſapuiſ=
ſe. Illud quoq; quod,de anima xp̄i,caritas veſtra a me q̄=
rere dignata eſt,iam pridem inter quoſdam ſapientes ven=
tilatum fuiſſe didici, atq; ex his quid ſenſerint,quibus ma=
gis credendum eſſe exiſtimam9, tum alijs de ip̄is, tum ip̄is
de ſe referentibus,agnoui. Ego autem,cum ſepius hac que=
ſtione pulſari ſoleā, talem me eſſe profiteor, qui nollē hunc
aliquid ab omnibus,vel tam curioſe ac ſuperſticioſe inqui-
ri,vel tam videnter aſſeri. Vnde nunc quoq; gemina in hac
re conſiderare coartor, cum videam me,et prudētie veſtre
debere ſilentiū,et bonitati reſpōſum. Inter hec ip̄a,etiā rei
difficultas occurrit, q̄ fortaſſis nō poterit a me,ita vt decz,
cōpendioſe diſcuti, cū ego,ſi mod̄ indicēdi trāſiero,timeā
ſupſticioſus videri. Volo tamen,vt multomagis,volo ali=
qua in parte inſcitie argui, quam caritatis contemptor vide-
ri, et verba incōpta habere, quam cor ꝑuerſum.

Incipit tractatus dn̄i hugonis, de anima xp̄i.

Queritis, de anima xp̄i, id eſt, de illo rati-
onali ſpiritu, qui humanam in xp̄o homi-
ne carnem vegetauit, quem verbum, cū
carne ip̄a, et in carne ip̄a, ſibi in vnitatē
perſonę vniuit, vt eſſet vnus xp̄s in vna
perſona, duabus naturis, tribꝰ eſſentijs,
vna videlicet perſona, quia idem homo,
propter quod ſuſcepit, et deus propter qꝫ fuit, duabus na-
turis, diuina ſcilicet atqꝫ humana, in deo homine vno, non
vnis, tribus eſſentijs, diuinitate, carne, et anima, ſine ſepera-
tione diſcretis, ſine confuſione ſociatis. De illa, inquam, ani-
ma, qua mediante, verbum caro factum eſt. et habitauit ī
nobis. Queritis, vtrumne cum diuinitate ęqualem ſcienti-
am habuerit. Adijcitis etiam, quia ſi illa anima, quę quāuis
creatrici naturę ineffabiliꝫ habet vnita fuerat, indubitanter
tamen creatura erat, ęqualem cum diuinitate ſcientiam ha-
buerit, tunc nimirum creatura creatori ęqualis fuit. Non
poſſe autem creatori facturam ſuam in ęqualitate compa-
rabilem fieri: et ſi potuerit in conſortium vnitatis aſſumi.
Longe aliud eſſe, vniri dignatione, et compari maieſtate.
Multa ſunt alia, quę in hunc modum forcaſſe abſurda oſtē-
dere potuiſtis. Sed ego, ſic vna vobiſcum falſa refellere cu
pio, ſicut vera profiteri. Quomodo enim deus immenſus
eſſet, ſi ad eius ęqualitatem, aliqua, quamlibet excellens,
quamlibet ſingularis, creatura pertingeret. Magnus, inq̄t,
pſamiſta, dominus eſt, et magna virtus eius, et ſapientię
eius non eſt numerus. Non eſt ſapiencia, et non eſt pruden-
tia, et non eſt conſilium, contra dominum. Vbi quantū nō
eſt, tm̄ dici q̄d p̄t, portio q̄ritur, vbi numerꝰ nō inuenit̄. Sa-
pię eiꝰ nō ē numerꝰ. Quid igit̄ dico? aīa xp̄i aut creata nō
fuit, aut creatori ęq̄ri nō potuit: imo vero, q꞉ creata eſt, crea-
tori nō dico ęquātā, ſꝫ plꝰ audeo dicere, etiā cōpādā nō ē,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ergo dicitis, minorem habuit ſapientiam, q̃ verbum. Ita
profecto, ſi aliam habuit ſapientiam q̃ verbum. Sed queſo
quid dicimus, cum animan ſapientem dicimus? Nunquid
non ſapientiam ſapientem dicimus? Quis em̃ ſapiens eſt,
ſi ſapientia ſapiens non eſt? Et tamen aliter ſapiens eſt,
in quo ſapientia eſt, aliter ſapiens eſt, qui ſapiẽtia eſt. Cre-
atura ſapiens eſt, quia in ipſa ſapientia ē, creator vero ſapi-
ens eſt, quia ipſe ſapientia eſt. Nullus tamẽ ſine ſapientia ſa-
piens eſſe poteſt, ſine ea quã habet, ſine ea que ipſe eſt. Ani-
ma igitur xp̃i, ſi ſapiens eſt, imo quia eſt, aut illa proculdu-
bio ſapientia ſapiens eſt, quam habet, aut illa, que ipſe eſt.
Creatura aũt, et ſi participatione ſapientie ſapiens eſt, ipſa
tamẽ ſapientia eſſe non poteſt. Que igitur eſt illa ſapien-
tia, qua anima xp̃i ſapiens eſt. Quid dicit johãnes de ver-
bo: Erat, inquit, lux vera, que lux illuminat omnem hominẽ
venientem in hunc mundum. Quid eſt verbum, niſi ſapiẽtia.
Idem em̃, qui verbum dei, a johãne dicitur, ipſe ſapientia
dei, a paulo nominatur: xp̃m em̃, ait paulus, dei virtutem, et
dei ſapientiam. Xp̃us igitur, ipſe verbum, et ipſe eſt ſapientia,
verbum ſapientia, et ſapientia verbum. Verbum ſapientia,
quia eructauit cor meum verbum bonum. Sapientia verbũ,
quia, ego ſapientia ex ore altiſſimi prodiui, primogenita an-
te omnem creaturam. Sapientia igitur verbum cordis, et
verbum ſapientia oris, quia dum verbum ex corde, et ſapiã
ex ore, prodire dicit̃. idem ſapientia eſſe, et v̓bũ, demonſtra-
tum. Itaqz, ſi verbum illuminat, ſapientia illuminat: quia
nec illuminare verbum poterat, ſi ſapientia non erat. Quid
em̃ facit verbum, ſine ſapientia? Verbum ſonat, ſapientia il-
luminat. Nam, et ipſa ſapientia lux eſt, et deus lux eſt, quia
deus ſapientia eſt. Et cum deus illuminat, ſapientia illu-
minat, et luce illuminat, nec alia luce illuminat, ſed ea luce
que ipſa eſt, quia deus lux eſt, et verbum lux eſt, et ſapien-
tia lux eſt: quia verbum ſapientia eſt, et ſapientia deus eſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Erat, inquit, lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quid igitur? Malos illuminat lux ista. Et malos deus illuminat. Quomodo ergo ceci ſunt. Audi quod ſequitur. Et lux in tenebris lucet, et tenebre eam non comprehenderunt. Tamen ipſa lux lucet et illuminat, ſed non omnes eam vident, qui vident per eam. Lux lucet, et per ſe lucet: lucet per ſe, et illuminat ex ſe. Nam, vt ſciamus, quod per ſe lucet, et ex ſe illuminat: erat, inquit, lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Johannes lux erat: quia vos eſtis lux mundi, ſed vera lux non erat: quia lucerna erat ardens et lucens, nec per ſemetipſum lucens, nec ex ſemetipſo illuminans. Erat lux vera, per ſemetipſam lucens, et ex ſemetipſa illuminans. Hec eſt enim lux vera, per ſe lucens, et ex ſe illuminans, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Non dixit, bonos, non dixit, ſpeciales, ſed omnem hominem venientem in hunc mundum. Vnus enim eſt ſol, et omnis oculus per eum irradiatur, ſed non omnes, qui per eum vident, agnoſcunt eum. Similiter lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, cunctis ſuperfunditur, inde omnes clareſcunt, vniuerſos illuſtrat, ſed alius per eam videt, alius eam non videt. Mali illuminant, vt cetera videant, ipſum per quem vident, non vident: quia lux in tenebris lucet, et tenebre eam non comprehenderunt. Boni vero illuminantur, vt eum videant, a quo, et per quem vident, vt ad eum referant, et in eo ament omne quod vident, et eum ament ſuper omne quod vident. Omnes ergo per eum illuminantur qui vident, ſed excellentius qui eum vident. Per eum illuminantur, qui vident, et ex eo illuminantur: quia ipſe lux eſt a quo illuminantur. Vnde autem lux illuminaret, ſi ex ſemetipſa non illuminaret. Vnde illuminaret, ſi id quod ipſa eſt, participandum non preberet. Sed forte timendum eſt, ne polluatur ab immundo, ne obſcuretur a tenebroſo, et indignum ſit vt prophanis ſanctum, coinquinatis impollutum, errantibus vex,

cōmunicabile dicatur, Superfluo iſta cogitantur: quia lux
que in tenebris lucet, ſicut nō obſcuratur a tenebroſo, ſic
nō corrumpitur a ɔtaminato, in tenebris clara, et inter ſor-
des ĩcoinquinata pſeuerans. Naꝫ, cum omĩa in ipã, et in oĩbꝰ
ipã ſit, et tñ vniuerſe creatę, nec turpitudo turpis eſt, nec
malicia nocet, nec error errat. Lucet ergo et illuminat, nec
ꝑ aliud, nec ex alio, ſed hoc qꝛ ipã eſt, et quo ipã lucet om-
nibus illuĩandis cōicandum prębet, et totum ipã poſſidet.
Audite itez. Dñs, inquit ſcriptura, dat ſapiĩam. quã ſapiãz?
Forte aliqđ accidens dat. quo nos afficimur vt ſapiẽtes ef-
ficiamur. Quid enĩ ẽ ſapiã? Nōne accidens. Dat ergo dñs
ſapiãz, quã ſapiãz? Oĩs ſapiã a dño deo ẽ. bñ. qꝛ oĩa accidē-
tia a dño đo ſũt, a quo ſũt oĩa q̃ ſũt. An forte qđdã accidēs
a deo nō eſt: qꝛ peccatũ ab ipõ nō eſt. Omĩs tñ ſapientia ab
ipõ eſt. Quomodo ab ipõ eſt? Forte, qꝛ donũ eius eſt, ab ip-
ſo eſt, quia factura eius eſt, ab ipõ eſt. Nunqđ nō etiã om-
nis aĩma ab ipõ eſt, et oĩs ſubſtãtia ab ipõ eſt. Quid mag-
num, quid nouum, quid mirum dictum eſt, oĩs ſapientia a
dño deo eſt, ſi accidens qđdam ab ipõ ẽ, a quo oĩs ſubſtan-
tia eſt. Quõ ergo oĩs ſapiã a dño deo eſt. Aut, qꝛ opus eiꝰ,
aut qꝛ donũ eius. Si ſapientia creatura eſt, ſtulticia quid
eſt? Creauit deus ſapiãz, et nō creauit deus ſtulticiã. Ergo
quędam accidentia deus creauit, quędam alia eſſe habent,
et ab ipõ non habent. Quis hoc aut dicere pſumat? aut di-
ctum approbet? quia aliquid eſſe habet, et a deo nō habet.
Quid dicimus? Deus ergo accidentia nō creauit, et alter q̃-
dam eſt creator ſapientię, deus aũt dator. Ergo dare ſa-
pientiam deus non potuit, creare nō potuit: ergo aliunde
accepit qđ dedit, et dedit qđ ſuum nō fuit, et accipere po-
tuit qđ nō habuit. Quis hoc dicat? Quis ſaĩ capitis hoc
vel in cogitationẽ ſuam admittat. Qualiter ergo omĩs ſa-
pientia a dño deo eſt, ſiue quia donum eius eſt, ſiue qꝛ fa-
ctura eius eſt. Nam, ſi factura eſt, nō ſemper eſt: qꝛ q̄ aliq̃n

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cepit, non ſemper eſſe habuit. Quid ergo ait. Omnis, inquit,
ſapientia a domino deo eſt, et cum illo ſemper fuit, et eſt
an ęuū. Mirū ē ergo, ſi accidētia ſp cū deo fuerīt. Et ſi acci-
dētia ſp cū dō fuīt, ſubſtātię ñ fuerīt? An oīs ſapiā a dō ē,
et non ſapientia cū deo eſt. abſit. Sed omīs ſapientia ab il-
lo eſt, et omīs ſapientia in illo eſt, et oīs ſapientia cū illo ē,
et ſemper eſt. Et quid facimus de ſapiā, quę accidens eſt?
Nunquid nō ipa ſemper cum deo eſt? Quomodo ergo oīs
ſapientia a domino deo eſt, et cum illo fuit ſemper, et eſt
ante ęuum. Quid ergo de illa facimus? Excludamus ab ab-
dito ſapientię inſipientię figmenta, et fantaſias has neſcio
quales, et ſomnia vana, quę nobis vere accidentia ſūt, quia
nobiſcum creata non fuerunt. Agnoſcamus veram ſapienti-
am qua ſapimus, quicunqʒ ſapimus, quicquid ſapimus, eti-
am ſi eam non ſapimus. Ad lucem lucentem in tenebris at-
tendamus ne tenebrę ſimus, quia lux in tenebris lucet, et
tenebrę eā ñ cōphēdert. Tenebrę, inquit, eā ñ cōphēdert, imo po-
tius nō depēdert. Quomodo enī incōprębenſibilē cōprębē-
dere potuerunt? Et tenebrę eam nō comprehenderunt. Lux
ergo quid fecit? Lux lucem comprębendit. Et quę eſt iſta
lux, quę vtiqʒ ſic lucem comprehenditur. Lucem comprębē-
derunt, qui a luce lux ~~fac~~/facti ſunt: lucem comprębende-
runt, qui a luce illuminati ſunt: lucem comprehenderunt,
qui eam lucentem ſuper ſe, in ſe ſuſceperunt. Cōprębende-
runt ſimilitudine, nō comprehenderunt ęqualitate. Hoc ē
ergo vnum/et verum lumen omnium ſpirituum rationaliū,
pręcipue ſanctoꝝ, quod illuminat omnē hominem venientē
in hunc mundum. Quod ſine diminutione ſui ab omnibus
participatur, et cum idem ſit in omnibus, non tamen ab om-
nibus eodem modo percipitur. Ipſum enī, quicquid eſt to-
tum eſt, nec minus aut maius in eo eſt, et tñ ſecundū parti-
cipatōis differentiā, minus et magis de illo percipiunt om-
nes, qui ſecundū additionem ſuam, aut donum gr̄ę largitoris,

minus, aut magis huiꝰ eiuſdem cōmunicatiōis ac parti-
cipatiōis, capaces ſūt. Participatio igit͛ alias maioꝛ alias
minoꝛ ē, participatꝰ aūt nō, alias maioꝛ aut minoꝛ, ſꝫ idem
ipſe totus/ac plenꝰ et pfectus, vbiqꝫ ē. Cum igitur aīās
ſapientes dicimus, et ſapientia ſapientes dicimus, iſtam ſa-
pientiam cogitemus, et ipā ſolam eſſe credamus, qua ſa-
piūt quecūqꝫ rōales mētes vim itelligendi atqꝫ diſcernēdi
pceperunt. Hec eſt, inqͭt, vita eterna, vt cognoſcāt te ſolum
verꝫ deū/et quē miſiſti ihm̄ xpm. Cognitio itaqꝫ dei, vita e-
na ē. Et qd eſt cognitio dei? Nunqd accidens? Ergo amoꝛ
dei, accidēs ē, et Beatitudo accidēs eſt, et ī accidētibus ē
beatitudo nr̄a. Quare non magis deus ſit beatitudo nr̄a?
Ipſe ſapiā, qua cognoſcimus, ipe amoꝛ quo diligimus, ipe
gaudiū quo exultamꝰ. ergo vna ſapiā eſt/qua oēs ſapiūt,
nec tn̄ vno mō ſapiūt, qꝛ pticipando ſapiūt. Qd ſi oīs hec
ſapiā ſapiūt quicūqꝫ ſapiūt, multomagis hac ſapiā ſapuit
illa aīa, que ipi ſapie vnita fuit. Que nō ſorte pticipatōis
ex illa viguit, ſꝫ priuilegio vnitatis, plenitudinē poſſedit.
Quid em̄ de ſapiā minꝰ hr̄e potat, cui ipa plenitudo ſapie
incoꝛpata erat. In quo, ait, habitat oīs plenitudo diuitatis
coꝛpaliter. De quo hoc dixit, nōne de xpo? Quō ergo ī xpo
habitat oīs plenitudo diuitatis? Tres ēntie ſūt in xpo, ca-
ro/aīa/diuītas. Quid ergo habitat ī quo? aut diuitas in
diuītate, aut diuītas in aīa, aut diuītas in carne. Sꝫ qd
eſt, diuītas habitat in diuītate? Nunqd hoc aut ꝯgruū erat
dicere, aut neceſſitas audire? Ergo ī hūanitate xpi, habitat
plenitudo diuītatis xpi. Qd ſi plenitudo diuītatis xpi, er-
go et plenitudo ſapie dei. Quid ē diuinitas xpi, niſi ſapiē-
tia dei: ergo plenitudo ſapientie dei, habitat in humanita-
te xpi. vbi. In carne aut in anima, aut ſimul in carne et in
anima, vel p carnem ī aīa. vel in carne p aīam. In carne
ergo ſapientia habitaret, et non habita͛ in anima. abſit. Se-
des ſapientie anima iuſti, et domus ſapientie anima xpi. et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quid dixit? Domus ſapiẽtię aĩma xpi Amplius dicere debui,
ſi amplius dicere potui. Quia em̃ ſapientia in ea habitat:
ideo domus dixi. ſed quia corporaliter habitat, ideo ampli-
us dicere debui. Quid eſt corpaliter habitat? Unum facta
eſt cum illa, in qua habitat, et p illam vnum etiam cum illo,
in quo illa habitat. Quomodo vnum. Non verſibilitate na-
turę, ſed vnitate perſonę, vna pſona, non vna eſſentia. Er-
go incorporea eſt diuinitas/ habitaculo ſuo, cui plenitudi-
nem infudit, veritatem ſociauit. Sapientia ędificauit ſibi
domum, excidit columnas ſeptem. quales? Requieſcet ſu-
per eum ſpũs dñi, ſpiritus ſapientię, et intellect9, ſpũs con-
ſilij, et fortitudinis, ſpũs ſcientię, et pietatis, et replebit
eum ſpiritus timoris dñi. Ecce columnę ſeptem in domo ſa-
pientię Excidit colũnas. vij. vnde excidit, de monte excidit,
de quo monte? De monte vmbroſo et condenſo. de quo mõ-
te. De monte ęternitatis, de monte diuinę maieſtatis. Ex-
cidit colũnas. vij: excidit/ ſed nõ abſcidit, accepit/ ſꝫ nõ ab-
ſtulit. Colũnas de monte abſciſas, in ędificiũ dom9 poſuit,
et tñ montem nõ minuit. Et quid mirũ, ſi ſapiã ad fabrican-
dam domũ ſuam, colũnas erexit de monte exciſas, et a mõ-
te nõ ſeparatas, quę ad habitandã domum venit, et tamen
vnde venerat ibi pmanſerat. Sapientia ędificauit ſibi do-
mum, qualem domum? In quo habitat omnis plenitudo di-
uinitatis corpaliter. Et iterũ. quia in ipſo complacuit omnẽ
inhabitare, et p eum reconciliare omnia in ipm, pacificans
p ſanguinem crucis eius, ſiue quę in celis, ſiue quę in terris
ſunt. Videte quid facimus. Apoſtolus plenitudinem teſta-
tur ibi eſſe, et nos dicimus, quia tota ſapientia nõ eſt in do-
mo ſua, ergo dimidia int9 habitat, et dimidia foris. Et vbi
quęritur, ſi domum nõ inuenitur. In quo habitat omnis ple-
nitudo diuinitatis corpaliter. Ubi plenitudo eſt, nichil de-
eſt, vbi nichil deeſt, totum eſt. Sed forte plenitudo diuini-
tatis ibi eſt, et plenitudo ſapientię nõ eſt, Dicit iterum. In

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quo ſunt omnes theſauri ſapientię et ſcientię abſconditi.
ſed dicitis. Bene. Omnes theſauri ſapientię et ſcientię ibi
ſunt, ſed abſconditi ſunt, portat et non videt. Abſit autem
ab intellectu noſtro, vt ſic ſentiamus. ſed abſconditi ſunt.
non vt ab eo abſcondantur, ſed ne in eo ab impijs videan:
tur. Abſconditi ſunt, vt tempore oportuno videantur, vel
proferantur: abſconditi ſunt, et reconditi ſūt: abſconditi, ne
per eum indignis aperiantur: reconditi, vt in eo digne cu:
ſtodiantur: reconditi ſunt, ne obfuſcentur aliqua rubigine
peccatorum, ne polluantur aliqua ſorde criminum/ aut co:
gitatione vitiorum. Reconditi ſunt, velut in vaſe ſincero, ve-
lut in habitaculo mundo, ne forte quis valeat eis maculā
ingerere, et tūc incipiat opprobrium ſuſtinere. Apprehēdent
ſeptem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: Panem
noſtrum comedemus, et veſtimentis noſtris operiemur, tan-
tum inuocetur nomen tuum ſuper nos, aufer opprobriū no:
ſtrum: ergo conditi in eo ſunt, ſed abſconditi ab eo nō ſūt.
Deum, inquit, nemo vidit vnq̄. Vnigenitus, qui eſt in ſinu
patris, ipſe enarrauit/ et vidit. Vnde hoc probans. Qui de
terra eſt, de terra loquitur, qui de celo venit, ſuper omnes
eſt, et quod vidit et audiuit, hoc teſtatur: ergo vidit. ī quo
vidit, in diuinitate, aut in humanitate? Forte in diuinitate
vidit, in humanitate enarrauit. Illi ergo, qui audierunt, in
quo viderunt: aut ſi nō viderunt/ quare audierunt. Vidit er-
go in diuinitate, vidit et in humilitate, tamen ex diuinitate,
ſicut, et illi qui audierunt, nōniſi ex illuſtratione diuini lu:
minis videre potuerunt. Erat igitur plenitudo diuinitatis
in anima xp̄i, erat et plenitudo ſapientię/ plene ſapiēs erat
anima xp̄i: ergo, inquiūt, tantam ſapientiam habet aīa xp̄i,
quātam deus habet. Quid facit comparatio, vbi vnus ſo:
lus eſt. Vna eſt ſapientia dei, qua ſapiens eſt/ aīa xp̄i: nec
participando ſapiens eſt, vt hoc vel illud, in illa, et per illā,
ſapiat, ſed plenitudinem habendo, vt totum poſſideat. Nō

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ergo dicamus, tanta aut quanta, ſed dicamus, tota ſapien-
tia dei, in anima chriſti eſt, et ex tota ſapientia dei, anima
chriſti ſapiens eſt: nec tamen ęqualis deo anima chriſti eſt,
quia ſapientia dei non eſt ¶ Porro, longe aliud eſt, ſapien-
tia ſapere, et aliud, ſapientiam eſſe: quia, qui ſapientia ſa-
pit, quod habet aliunde accipit: qui ſapientia eſt, ex ſemet-
ipſo habet, quod ſapit. Illic gratia, hic natura: et idem il-
lic gratia, quod hic natura: nec tamen illic gratia naturam
ad immenſitatem commutat, nec hic natura ad menſuram
gratiam coartat. Qui ergo audet dicere, plenitudinē ſa-
pientię non fuiſſe in anima chriſti. dicat, plene ſapientem nō
fuiſſe animam chriſti. Tota, igitur, ſapientia dei, erat in ani-
ma chriſti: quia tota ſapientia dei, vnita erat et incorpora-
ta animę chriſti, nec tamen ęqualis deo erat anima chriſti.
Non enim natura corporari poterat, quāuis ſine menſura
gratiam acceperat, quia cum immenſa gratia erat paſſibi-
lis natura. Nam, illud quod intuliſtis, quia ſi haberet ęqua-
lem cum deo ſcientiam, etiam beatitudinē ęqualē haberet:
quomodo ſibi nec cohereat, in pręſenti nil attinet dicere.
quia ęqualitatem comparationis tollimus, vbi ſingularita-
tem vnitatis demonſtramus. N longe aliud eſt, idem habe-
re, et idem eſſe: quia habere pertinet ad gratiam, eſſe per
tinet ad naturam. Sed eſto, multitudo ſapientiarum, ſiue
ſcientiarum, comparationem admittat, nunquid ęqualem
beatitudinem facit ęqualis ſapientia Ergo et maior maio-
rem, et minorem minor, et demones tanto hominibus beati-
ores ſunt, quanto eos ſcientia antecedunt. Et quid de cha-
ritate dicam? Scientia inflat, caritas ędificat. Non ergo
quicunq; amplius ſapiunt, ſtatim de maiori dilectione pręſ-
ſumere poſſunt: quia longe aliud eſt, videre, aliud, diligere.
Nunc inquit, et viderunt et oderunt, et me, et patrem me-
um, Nichil tamen hic interē, vtrum ęqualem noticiam cuiuſ- interest
cunq; rei ęqualis amor comitetur: quia, vbi vna eſt ſapiētia,

ſicut nō poteſt eſſe comparatio plurium, ita nec equalitas diuerſorum. Poſtea adiecistis, et dixiſtis. Cum ſapientia ſit magnum et ſpirituale bonum, tunc ſi anima chriſti equalem habet cum deo ſapientiam, falſum erit, deum in omni bono maiorem habere ſufficientiam, quā eius creaturam. Et deinceps. Sicut non poteſt creatura equari creatori, ita nec bonum vnius, bono alterius. Sed hoc bene et veraciter ibi dicitur, vbi creature bonum aliud atque diuerſum a bono creatoris inuenitur. Vbi vero, vnum et idem, et ipſum eſt maius ac minus, eſſe quid poteſt. Quod eſt enim verum bonum creature, precipue rationalis, aliud preter deum? Aut, quod eſt bonum dei aliud, preter ipſum. Si ergo verum et vnicum bonum creature, deus eſt, et bonum dei, aliud, preter ipſum eſſe non poteſt, nunquid iccirco deus minor aut maior ſeipſo eſt: quia creature ſue pariter et ſuum bonum, ipſe eſt. Ceſſet, ergo tandem, tam crebra repeticio comparationis, vbi ſingularitas eſt vnitatis. Deinde, ad comprobandam propoſitam aſſertionem, adduxiſtis verba apoſtoli, quibus aſtruere putatis, minorem deo ſapientiam, habuiſſe animam chriſti. Dicit ergo. Quis enim ſcit hominum, que ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in homine. Ita et, que dei ſunt, nemo cognouit, niſi ſpiritus dei. Ergo vt videtur, non cognouit anima chriſti, ſi nemo cognouit, niſi ſpiritus dei: niſi forte quis vobis reſpondere velit, et chriſti animam fuiſſe ſpiritum dei. Que tamen ſūt iſta dei, que nemo cognouit, niſi ſpiritus dei. Que, niſi illa de quibus ibidem dicitur, ſpiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda dei. Que, niſi illa de quibus dicitur: deus oculus non vidit abſq; te, que preparaſti bona diligentibus te. Que nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Iſta ergo nemo nouit, niſi ſpiritus dei. Et quid eſt quod ſequitur: nobis autem reuelauit, deus per ſpiritum ſuum, Quem ſpiritum? Nos autem non ſpiritum

huius mundi accepimus, ſed ſpiritum xpi, vt ſciamus que data ſunt nobis. Ergo et ſpiritus dei nouit, et ſpiritus xpi nouit, quia ſpiritus dei, ſpiritus eſt xpi, et illi etiam nouerunt, quibus ea per ſpiritum reuelata ſunt Ergo anima xpi multomagis hec nouit, et plene ac pfecte nouit, que ipius ſpiritus plenitudinem accepit. Non eni, inquit, ad menſurā dat deus ſpiritum. et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a patre, plenum gratie et veritatis. Nos etiam, quicunqꝫ hoc noſcere meremur, et quantūcunqꝫ noſcere meremur, de eius plenitudine, non plenitudinem, ſed gratie portionem accepimus. Pater, inquit, reuelaui nomen tuum hoībus, quos dediſti michi. Quid eſt reuelatio nomīs, niſi aſpiratio cognitioīs: ergo ipe alijs nomen reuelauit, cuiꝰ cognitionē nō habuit. abſit. rurſum. Cum autē venerit ſpiritus ille veritatis, quem ego mittaꝫ vobis, docebit vos omnem veritatem. Quare priꝰ ipe, ab illo ſpū veritatis, omēm veritatē nō magiſter didicit, quē ad docendā omnē veritatem diſcipulis miſit, ſed miſit ſpm̄, et ſpm̄ nō amiſit, cuius chariſmata hominibus fidelibus, prout voluit diſtribuit, et plenitudinē ipe retinuit. Alijs eni infudit, ſed eum a ſe non effudit. Alios replens, ſe non euacuans, ſe non minuens, alios ditans. Ergo, quod ſpiritus dei nouit, et anima xpi per ſpiritum dei nouit, et plene nouit, quia ſpiritus dei plenitudinem habuit. Poſtremo quedam verba Beati ambroſij in medium adducitis, et ne aſſertioni veſtre contraire videantur, qualiter intelligenda ſiue determinanda ſint demōſtratis. Dicit enim, animam xpi omnia habere per gratiam, que deus habet per naturam. Quibus verbis fere adiungendum putatis, ne ſi forte ſine temperamento iſto, omnia prorſus que deitatis ſunt, eam habere dixerimus, creature que initium habuit, eternitatem, et que terminum habuit, immenſitateꝫ, et que mutabilitati atqꝫ paſſibilitati ſubiacere potuit, incōmutabilitatem, et cetera, que ſoli diuine nature

competere noſcuntur, tribuere videamur. Sʒ hęc determina-
tio, q̄uis non omnino refutanda videatur, eſt tamen mul-
to competentior et commodior expoſitio, ad quam ſenten-
tia hęc accommodari poſſit. Anima nanqʒ xpi, iccirco omnia
habere dicitur per gratiam, quę deus habet per naturam:
quia plenitudo deitatis in verbo, ei vnita eſt ex tempore p
gratiam, quę in deo ex ęternitate fuit per naturaʒ. hęc iſta
ex tempore habet. quia accepit quod ille ex ęternitate ha-
buit, quia fuit. Accepit, non vt in eius quod accepit natu-
ram mutata tranſiret, ſed vt in eius conſortium ſublimata
aſcenderet. Iſta accepit, quod nō habuit, ille nec accipere
potuit quod non habuit, nec deſijt eſſe quod fuit. Quid er-
go accepit aīa xpi? Plenitudinē deitatis, plenitudinē ſa-
pīę, plenitudinē virtutis. Totū qđ deus eſt, accepit, quo-
modo accepit? Non verſibilitate naturę, ſed vnitate perſo-
nę accepit: non quia in illud eſſentialiter mutata eſt, ſed qr
ineffabiliter illi vnita eſt. Accepit, non vt illud eſſentialiter
fieret, ſed vt cum illo perſonaliter vnum eſſet. Totum ta-
men accepit/ et totum habet, quod ille non accepit et ha-
bet: ergo anima xpi, ęternitatem habet/ immenſitatem ha-
bet, ſi totū habet quod deus habet. Quid in? Ecce dica-
tur licet, in omnibus, neceſſarium non ſit verborum vſum
ad euiſmodi ammittere: immenſitatem habet,/ ęternitatem
habet, omnia per gratiam, quę deus habet per naturam,
quomodo habet. Forte, quia dicimus ęternitatem habet,
quia dicimus immenſitatem habet, hoc cogitem9, vt prin-
cipio careat, quod eſſe cępit, interminabile ſit, quod cir-
cumſcriptionem recipit: nunquid etiam, quia deum habʒ, vt
deus ſit? Aut, qr nō eſt, ideo nō habet. Quomō tam̄ habet?
Sed habet pſonaliter vnita, nō naturaliter inſita. Habet
totum, non q7 creatura ęterna,/ aut immenſa eſſe poſſit, ſʒ
quod ęterno et immenſo vnita ſit. Quid em̄ eſt ęternitas,
aut immenſitas, Nunquid accidens/ ergo ęternitas, et im-

meſitas dei,accidentia ſunt. Abſit. Cum ergo dicit,deus hoc habet per naturam,intelligitur,quia deus hoc eſt. Cum vero dicit,anima chriſti hoc habet per gratiam,quod deus eſt per naturam: nec tamen inde ſequitur,quod creatori opus ſuum ęquale ſit,quia cum immenſitatem gratię acciperet,conditionem naturę non amiſit. Accepit,quod non habuit,ſed non deſijt eſſe quod fuit. Accepit plenitudinem ſapientię,in qua, et per quam,plene ac perfecte ſapiens eſſet,non tamen accepit,vt ſapientia eſſet. Et quid neceſſe eſt ſingula proſequi. Breuiter vobis,quid michi in hac re ſentiendum eſſe videtur,oſtendam. Plenam ac perfectam et totam dei ſapientiam,in anima chriſti,fuiſſe credimus,et ex ipſa ſapientia,eandem animam plene ac perfecte ſapientem:non ex ipſa participando,ſed totam poſſidendo,quam ſingulariter concepit,et ineffabiliter comprehendit. Quare ineffabiliter comprehendit. Quia ſecundum plenitudinem accepit. Johannes lucerna ardens erat et lucens:hic lucem comprehenderat,quia tenebrę non erat. Sed quia ex parte comprehenderat,propterea ineffabilem illam in chriſto comprehenſionem,comprehendere non poterat:ſed ait: Cuius,inquit,non ſum dignus,vt ſoluam corrigiam calciamenti eius. Ergo johannes corrigiam calciamenti chriſti ſoluere non potuit, In illo enim erat,de plenitudine accipere;ſupra illum,plenitudinem comprehendere. Hoc itaque,quod nouerat,dicere potuit,quod non conceperat,credere elegit,diſcutere non pręſumpſit. Noluit igitur,ille vnionem ſoluere, ne nos pręſumamus vnitatem comparare. Quid vobis videtur? Nonne illi,corrigiam incarnati verbi ſoluere volunt, qui vnitatem ineffabilis ſacramenti differentia comparationis diuidunt. Anima igitur johannnis,de plenitudine accepit: anima chriſti,plenitudinem comprehendit. Comprehendit dico.non ęqualitate naturę, ſed plenitudine gratię, et vnitatis proprietate. Ecce dixi poſtulanti,quod et iubenti

debueram, qđ magis in hac aſſertōne approbandū putaui: ſed in rebus dubijs, ſi manifeſta auctoritate non valeo, ab alijs quidem ſic accepi. Volo, vt querentem me ſic adiuuēt, inuenientem non refutent. Quicunqꝫ aūt in eo ꝑſiſtunt, vt hoc aſſerere contendāt, quod alia fuerit illa ſapientia, qua anima xp̄i ſapiens extitit, alia que aīme xp̄i vnita fuit, ego nemini p̄iudicium facere volo. Videant ip̄i, quo ſenſu hoc aſſerant, ne forte carnalis ſit, magis ſua q̄ꝫ vera pronuntiās. Hoc vnum, ego indubitanť affirmo, quia aut alia ſapientia preter diuinam animam xp̄i non fuit, aut ſi alia fuit, equalis illi non fuit. Hoc credenti, qui non credit, non bene credit. Ad cetera ego non cogo, ſed ſuadeo: in his qui michi credit, mecū credit: q̇ michi nō credit, ſibi credat, donec vt mecum credat: ſic tamen, vt interim vnuſquiſqꝫ in ſuo ſenſu humiliter habūdare ſtudeat, nō arrogāter preſumere.

De cibo emanuelis. Tract9.

De cibo emanuelis, magna queſtio eſt: quare butyrū et mel comedet, vt ſciat reprobare malum, et eligere bonum. Butyrum eſt, vt omnes noſtis, pinguedo ex carne veniēs: mel dulcedo de roꝛe celi deſcendēs. Quid igitur per butyrum accipimus, niſi refectionem boni operis, quod per coꝛpus exprimitur: et quid per mel, niſi eam que dono gratie deſuper infunditur, dulcedinem contemplationis. Ipſe ergo butyrum et mel comedit, qui in homine aſſumpto, et deſuper plenitudinem ſpiritus accepit, et ſicut homo, ſubter per carnem opera virtutum exhibuit. Butyrū enim et mel comedere eſt, coꝛ in affectu pietatis, et foris ꝑ bona opera, et intus per contemplationem exercere. Sed alius, ad refectionem comedit, alius, ad delectationem. Qui ī plenitudīe v̄tutis, vel nōdū habita vľ amiſſa, defectū patiť: iſte cibo indiget, vt refectione rōboꝛatus ſolidetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Qui autem in plenitudine ſuá, defectum ſiue diminutõnem non recipit, iſte cibum ad refectionem non requirit Nos ergo, qui puri homines ſumus, et per acceſſum temporis ad augmentum virtutis proficimus, pro neceſſitate noſtri defectus butyrum et mel, non ſolum ad delectationem, ſed etiam ad refectionem manducamus. Butyrum, vt in nobis, per opera pietatis foris exerceatur amor proximi: mel. vt contemplatione veritatis intus / nutriatur amor dei . Sed ille homo, ad refectionem butyro et melle non eguit, in quo, a principio ſuę conceptionis / ex quo homo eſſe cępit, omnium ſemper plenitudo virtutum fuit. Comedit tamen homo ex tempore, qui ipſe cibus fuit, Deus ex ęternitate. Comedit, vt non ſe ieiunum reficeret, ſed ne plenus faſtidiret. Comedit butyrum, non, vt virtutem caritatis in ſe per opera augeret, ſed vt in nos eius affectum effunderet. Comedit mel, ſupernorum dulcedinem, nec pro ignorantia requirens, nec pro defectu appetens, ſed pręſentem ſemper pleniſſima cognitione aſpiciens, et poſſeſſa perfectiſſima caritate vtens. Non ergo, ad refectionem, ſed ad delectationem comedit, qui plenitudinem poſſidens, idem ipſe perfectio fuit. Butyrum comedit / quando impleuit quod de eo prędictum fuerat per pſalmiſtam: Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, et folium eius non defluet, et omnia quęcunq; faciet proſperabuntur. Mel comedit, quãdo impleuit, quod ſcriptum eſt: In lege eius meditabitur die ac nocte, Vt ſciat reprobare malum, qui non abijt in cõſilio impiorum, et in via peccatorum non ſtetit, et in cathedra peſtilentię non ſedit: et eligere bonum, Sed in lege domini voluntas eius. Ergo butyrum et mel comedet, ut ſciat reprobare malm, et eligere bonum. Fortaſſe butyrũ et mel comedet, vt ſciat reprobare malũ, et vt ſciat eligere bonũ, ergo comedẽdo didicit xps, reprobare malũ, et eligere bonũ.

Si enim non comediſſet, non guſtaſſet. Si non guſtaſſet,
per experientiam non nouiſſet. Ergo comedit et guſtauit,
guſtando, ſenſit et agnouit. Quid comedit? Butyrū et mel.
In butyro aliq̄d amaritudīs mixtura erat, in guſtu mellis,
nichil amaritudīs īueniri poterat: et ꝓpterea illic īuentū ē qꝫ me-
rito reprobari, hic autē nichil, niſi qꝫ iure eligi debuiſſet.
Videamus nunc amaritudinem butyri. Filius dei, per huma-
nitatem in mundum veniens, multa opera pietatis huma-
no generi exhibuit, verbo docuit, exemplo prouocauit. Et,
vt poſtremo ſaluatorem mundi ſe indubitanter aſtrueret,
mentibus humanis, aſſiduis virtutibus et miraculis, occul-
tam in carne ſue diuinitatis maieſtatem aperuit. Totum
hoc butyrum erat. Et vbi eſt amaritudo? Omnia hec facien-
do, butyrum comedit. Sed quia, cum natura, etiam infirmi-
tatem aſſumpſerat, iſta agendo cum affectu pietatis, in fa-
me et ſiti, frigore et eſtu, labore et fatigatōne, ceteriſqꝫ no-
ſtre mortalitatis defectibus, ſuſtinuit amaritudinem paſ-
ſionis. Iheſus quodam tempore fatigatus ex itinere ſede-
bat ſuper fontem, et veniente ſamaritana, potum petijt, di-
cens: Da michi bibere. Ecce amaritudo. Poſtea, venientes
diſcipuli, eſcaſqꝫ quas emerant deferentes, mirabantur, qḋ
cum muliere loquebatur. Sed ille oſtendere volens, quid in
butyro eligeret, quid reprobaret, poſtulantibus ad mandu-
candum accedere, ait: Meus, inquit, cibus eſt, vt faciā vo-
luntatem patris mei: Hic demonſtrauit butyrum. Cibus, in-
quit, quem vos neſcitis, butyrum eſt, cibus quem vos ſcitis,
amaritudo. Sed, quia iſte ſine illo non ſumitur, ego veni in
illo iſtum comedere, et in iſto illum reprobare. Videamus
adhuc alibi, butyrum, maiorem amaritudinem habens. Alio
quodam tempore, cum doceret turbas iudeorum, ait: Amen
amē dico vobis, ſi quis ſermonē meū ſeruauerit, mortē ñ gu-
ſtabit in eternū. Ecce bonum butyrū, ſed adeſt amaritudo. Et
illi. Nūc cognouimus, inquit, qꝛ demoniū hēs, abrahā mortuus

eſt et prophete, et tu dicis, ſi quis ſermonem meum ſerua-
uerit, mortem non guſtabit in eternum . Sed jheſus, abraſa
amaritudine, ad eſum butyri ſe conuertens, ait: Amen amen
dico vobis, anteq̄ abraham fieret, ego ſum. Illi vero, rurſū
amaritudinem aſpergentes, tulerunt lapides iudei in eum.
Et ſequitur reprobatio mali; Jheſus autem abſcōdit ſe, exi-
uit de templo. Adhuc videamus alibi: Ambulauit i porticu
ſalomonis, et circumdederunt eum, dicentes: Quouſq; aī-
mam noſtram tollis? Si tu es xp̄us, dic nobis palam? Et il-
le: Loquor vobis, et non creditis . Opera, que ego facio in
nomine patris mei, ipſa teſtimonium perhibent de me: Ec-
ce butyrum; ſed vos non creditis, ecce amaritudo. ſequitur
reprobatio : Quia non eſtis ex ouibus meis . Et rurſum :
Ego et pater vnum ſumus, ecce butyrum. Sequitur. Tule-
runt lapides iudei, vt iacerent in eum . Ecce iterū amaritu-
do, ſed ille amaritudinis guſtu, ab appetitu dulcedinis auel-
li non poterat. Nam ſubditur. Reſpondit eis, dicens: Mul-
ta opera bona oſtendi vobis ex patre meo? hic eſt butyrū.
Sequit amaritudo: Propter quod eorum opꝰ vultis me la-
pidare. Et alibi adhuc aliam ſuper aliam. Querebant eum
apprehendere, ſed ipſe malum reprobans, exiuit de manibꝰ
eorum. Et quid ſingula narramus? Raro vnquam inueni-
mus jheſum, ſine amaritudine manducaſſe butyrum Poſtre-
mo, nouiſſimam illam magnamq; amaritudinē, butyriq; dul-
cedinem, maliq; reprobationem, quis conſiderans, non mire-
tur. Pependit dominus jheſus in cruce, et pietatis dulce-
dine poculum amare mortis guſtaret: et circumdantibus
eum inimicis, atq; poſt dira vulnera blaſphemias i eum ia-
culantibus, ipſe ſuauitatis cibi ſui non immemor, ait: Pater
ignoſce eis, quia neſciunt quid faciunt. Ecce butyrum opti-
mum, magnis quidem amaritudinibus foris aſperſum, et ta-
men dulcorem ſuum interius conſeruans illeſum . Vt ergo
demonſtraret, quod ſine corruptione ſue dulcedinis, ſponte

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

amaritudinē ſuſcepiſſʒ, expoſtulans ait: Sitio. Et illi obtu-
lerūt ei acetū cū felle mixtū, et cū guſtaſſʒ, noluit bibere. Gu-
ſtauit et reprobauit, qꝛ ſuſtinuit et abiecit, paſſus ē, et ſupa-
uit. Nunq̄d non iam palā eſt, quomodo emanuel noſter bu-
tyrum comedat, vt ſciat reprobare malum. Quia, in homine
deus opus pietatis exhibens, et impiorꝝ pſecutionem ſuſti-
nens, qꝫ ſit reprobanda eorꝝ prauitas, p experientiam ſenſit,
quā p videntiam prius idemipe reprobauit. Nunc libet in-
tueri, quomō mel comedat emanuel iſte, vt ſciat eligere bo-
num. In guſtu quidem mellis, nichil amaritudinis inueni-
tur: et propterea totum quod ibi eſt, ab experiēte eligitur.
Ergo mel comedit, vt ſciat eligere bonum. Sed quid dici-
mus: Qualis eſt laus iſta, ſi tamen laus dicenda eſt, quod
deus homo, per experientiam bonum didicit, qui ſemper
idem ipa bonitas fuit. Sed hec pietatis laus eſt, et preco-
nium miſericordie eius, quod pro nobis ita inclinari dig-
natus ē, vt accipere poſſet in eo quod aſſumpſit, id qđ ſem-
per habet, in eo quod fuit. Hoc enim, deus homo, per expe-
rientiam guſtauit ex tempore, quod ipſe deus homo p na-
turam erat ex eternitate: ergo mel comedit diuinitatis hu-
manitas, cum ſe infudit atque vniuit infirmitati maieſtas.
Ibi humana natura, pleno ſocietatis guſtu ſupernā dulce-
dinem haurire cepit, vbi totum, quod eſt de eius ineffabili
gratia, ſibi vnitum accepit. Tamen comedere hominis erat,
eſſe cibum diuinitatis. Verus ergo homo, emanuel, qui mel
comedit, vt ſciat eligere bonum. Verus deus, emanuel, fuit,
non per experientiam diſcens, ſed per naturam ſciens, ſeip-
ſum bonum. Vnus tamen idem ipe, et per naturam ſciens,
et per experientiam diſcens. Quia idemipſe homo, accepit
p experientiā, qđ fuit deus ipſe p naturā. O emanuel bone,
nobiſcū deus: ꝓpterea butyrū et mel comedere potuiſti, qꝛ
emanuel factus es nobiſcū deꝰ. Deꝰ eīm apud te, nec accipe
potuiſti qđ eras, nec qꝫ nō eras ſuſtinere, ꝓpterea emanuel

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

factus es,nobiſcum de9,vt in nr̄o hūiliatus in ip̄o,et deſup
qd̄ tuū erat acciperes, et qd̄ nr̄m erat ſubtus tibi ſociares:
ergo emanuel factus es,nobiſcum deus,vt poſſes butyrum
et mel comedere,et inter comedendum diſceres,bonum eli-
gens, malum reprobare. Sed quid dico? Quis eſt ſapiens
vt intelligat hec? Qualis ergo,tu deus eras antiqu9 a prin-
cipio,qui in principio lucē diuiſiſti ac tenebras,ſi bonum
eligere et malum reprobare neſciebas .An forte,et hoc ne-
ſcire virtutis erat,et diſcere dignationis :quia electio ad
diuinam naturam nō ptinuit,cui9 ad vtrumlibet ſe habere
non fuit,ergo emanuel eligere et reprobare didicit: qz qui
in ſui natura oditioni nō ſubiacebit,in nr̄a liberū arbitrium
aſſumpſit.Cui in ſe ofirmato dedit poſſe,nō poſſe in malū
deficere,et boni electionem voluntate libera ſine coactio-
ne.Neqz iccirco minimus liberum,eo qd̄ nec aliud pati poſ-
ſit,voluntarium,nec aliud compelli inuitum. Sed iccirco
vere et ſumme liberum,quia non poſſit vel aliud pati q̄ vel-
le,vel aliud velle q̄ poſſe, ſiue aliud poſſe q̄ bene velle.
Sic emanuel butyrum et mel comedit, vt ſciret reprobare
malum et eligere bonum: quia in humana natura,quam aſ-
ſumpſit,rationabili iudicio voluntatis ſancte,malum deſe-
ruit,et bonum elegit:ſicut ſcriptum eſt: Dilexiſti iuſticiā
et odiſti iniquitatem,propterea vnxit.t.d.d.t.o.l.p̄.c.t.
Simili genere locutionis,de ipſo dicit apoſtolus: Et qui-
dem,cum filius dei,didicit ex his que paſſus eſt,obedienti-
am,et conſummatus factus,eſt omnibus obtemperantib9
ſibi cauſa ſalutis eterne.Chriſtus enim,ex his que paſſus
eſt,obedientiam didicit:quia,qui filius erat equalis per na-
turam,vt ſubeſſe poſſet,id quod inferi9 paſſibile erat,per
gratiam aſſumpſit.Quaſi enim diſcere fuit,quod per na-
turam in ſuo non habuit,in vſum ex alieno aſſumere.So-
lum nunc reſtat,ſi forte inuenire poſſimus,emanuelem no-
ſtrum butyrum et mel,nō ad refectionem,ſed ad delectionē

minus

m

manducantem: ne quod fecit, neceſſitas ſit, ſed voluntas. Obtulerunt ei partem piſcis aſſi, et fauum mellis. Immortalis et impaſſibilis iam fuit factus, et cibo corporali nō indiguit, tamen, vt demonſtraret quod fuit, comedit voluntate, non neceſſitate. Omnia itaq; bene ſederent, ſi obtuliſſent butyrum et fauum mellis, niſi forte idē piſcis nobis ſignificet, quia butyrū ſine frixura non ſumitur. Nam, et nos quotidie in butyro, amaritudinem admixtam inuenimus, in melle, puram dulcedinem percipimus: quia, in opere pietatis labore afficimur, in gaudio contemplationis dulcedine refouemur. Et hoc totum fit, vt ſciamus reprobare malum, et eligere bonum: ſcilicet, vt ipō experimento diſcamus, quātum preſens vita, in qua nec bonum ſine dolore fieri poteſt, fugienda ſit, et futura, in qua dolor non eſt appetenda, per dominum noſtrum Jheſum xpm.

Ch

Incipit prologus in tractatu de laude caritatis.

SEruo xpi petro, Hugo, guſtare et videre, quoniam ſuauis eſt dominus. Cogitanti michi, frater kariſſime, quomodo dilectionem veſtram ad memoriā mei excitare poſſem: primum occurrit, vt de ipſa vobis dilectione ſcriberem, qui nil aliud, preter ipſius dilectionis munus, a vobis poſtularem. Quod ergo potui feci, caritatem, quibus valui verbis commendaui: quatinus, dum eius laudem legitis, quam ardenter ego eam, et in vobis diligo, et a vobis expeto, ſcire valeatis. Nec iraſci ipſa caritas veſtra michi debet, ſi eius igni, iam fortiter ardenti, exiguum verborum meorum flatum, tepidus ipſe admouero: nō tā, vt illa magis ardeat, q̄ vt mei erga ſe deſiderij conamen agnoſcat. Legite ergo, atq; diligite: et quod propter dilectionem legitis, ad hoc legite, vt diligatis. Totum ex dilectione ſit, dilectio mittit, dilectio ſuſcipit, dilectio eſt quod tribuitur, dilectio quod recompenſatur.

Incipit tractatus. d. pſumptio.

Tam multos iam laudatores caritas hūiſſe dinoſcit, vt ſi qd ego in laudē ei9 hēre cep, fortaſſis magis, quam deuotio videatur. Quis em̄ ſanctoꝝ a principio mūdi extitit, qui non caritatem nobis, aut verbo, aut facto, commendauit? Caritas abel martyrē fecit, caritas abrahā de terra ſua eduxit: quia et ille per caritatem innocenter mortem pertulit, et iſte per caritatem natale ſolum libenter deſeruit: vterq; tamen terra celum ꝯmutauit. Caritas ſola eſt, que ab initio ſeruis dei, mundi huius illecebras fugere, voluptates calcare, carnis concupiſcentiam cohibere, deſideria frangere, honores contemnere, Poſtremo vniuerſa preſentis vite blandimenta reſpuere, ipſaꝫ quoq; pro deſiderio vite perpetue, mortem ſuadet non timere. Hāc vim dilectionis paulus ſenſerat, cum dicebat: Quis nos ſeparabit a caritate xp̄i? Tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius. Spero autem, quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; inſtantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos ſeparare a caritate dei: que eſt in chriſto ihesu domino noſtro. Hinc ſponſus in canticis canticorum, ſponſaꝫ de virtute dilectionis ammonet, dicens: Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum, pone me vt ſignaculum ſuper brachium tuum: quia fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus emulatio. Mors etenim viuentes extinguit, infer9 autem nec mortuis parcit. Dilectio ergo, vt mors fortis eſt: q2 ſicut illa ſenſum carnis, ſic iſta affectum concupiſcētie carnalis perimit. Dura eſt ſicut infernus emulatio: q2 hij quos intus trahit deſiderium eternorum, non ſolum foris blanda reſpuere, ſed et aduerſa queq; et aſpera, pro eo quod diligunt adipiſcendo cogit tolerare. Conſideremus quot iam martyres per tormenta ad regnum celoꝝ tranſierunt.

Qualem ergo in eis vim amoris arſiſſe credimus, quos xp̄i
deum nec pepercisse videmus. Conſideremus, quid dimi-
ſerunt, quid ſecuti ſint, qua tranſierunt. Quid dimiſerunt vi-
demus, quid ſecuti ſint, nõ videmus, ſed credimus, qua trã-
ſierunt audiuimus. Bona iſta temporalia dimiſerunt, bona
ęterna ſecuti ſunt, per tormenta tranſierunt. Cõuemamus
nũc cor noſtrum et videamus ſi acquieſcat nobis omĩa quę
huius mundi ſunt relinquere: nõ gloriam, nõ honorem, nõ di-
uitias amare, nõ arridere proſperis, nõ condelectari blan-
dis, nõ cõgratulari lętis. Domine, imperfectum meum vide-
rũt oculi tui, quam longe ab hac, nõ dicam perfectione, ſed
perfectionis inchoatiõe, me video. Et certe parum hoc erat
amicis dei, vt pro amore ęternorum iſta ſpernerẽt, iſta calca-
rẽt: ſed abiectis his omnibus, alacriter ad votum currentes,
nec teneri minis poterãt, nec tormẽtis: tenebat eos caritas,
et ideo nec tenebat cupiditas, nec deterrebat aduerſitas.
Currebant ergo, mundum poſt ſe reliquerãt, deum ante ſe
habebãt. Sed interpoſita ſũt tormẽta, vt interrogarẽtur,
vel quo deſiderio hũc quęrerẽt, vel qua cõſtantia illum de-
ſpexiſſent. Interrogata eſt veritas, probata caritas, cõfu-
ſa iniquitas. Accedũt illi ad pęnas intrepidi, et quãtum
mẽtem amor intus vulnerauerat, tãtum caro foris vulnera
ſua deſpiciebat. Accedũt, et tranſeũt, atque morientes cõ-
feſſi ſũt, quo viuẽtes deſiderio cucurrerũt. O caritas quo-
modo illis, quam dulcis eis fuiſti, quos tãta propter te ſuſti-
nere coegiſti, quibus illos ad te vinculis traxiſti, quos mũ-
do per blandimenta retrahẽte, et per tormẽta repellẽte, per-
dere tamẽ ñ potuiſti. Cucurrerũt, quia tu eos traxiſti, trã-
ſierũt, quia tu eos iuuiſti, peruenerunt, quia tu eos ſuſcepiſti.
Quam inextinguibiliter in pręcordiis eorum arſiſti, quę nec
probris, nec premiis, nec pęnis obrui potuiſti. Iſta quaſi
quędam flumina mundauerũt, ſed multa flumina et aquę
multę caritatem extinguere nõ potuerũt. O caritas, quid

dicam de te? Quomodo laudabo te, ſi ſaperem te, apprecia-
arer te. Si ſcirem quanti vales, p̄cium apprehēderem pro te.
Sed forte excedis anguſtias meas, nec inuenire potero p̄-
cium tuum penes me. Dabo tñ qđ habeo, et totum qđ ha-
beo dabo, tota domus mee ſubſtãtia te cõmutabo. Totum
qđ eſt in habitaculo corpis mei, totũ qđ eſt in habitaculo
cordis mei pro te dabo, et cũ totum dedero, totum quaſi
nichilũ reputabo. Oēs delectatōes carnis mee, oēs io-
cunditates cordis mei, pro te libenter impendã, vt te ſolã
habere, te ſolam poſſidere valeam. Tu ſola michi carior, tu
ſola vtilior, tu ſola ſuauior, tu ſola iocũdior, amplius dele-
ctans, habũdanti9 ſacians, tutius ſaluãs, felicius ↄſeruãs.
Aliis etiã annũtiabo de te. Dic michi, o cor humanũ, quid
magis eligis, ſemꝑ gaudere cum hoc ſeculo, vel eſſe ſemꝑ
cum deo. Qđ plus diligis, hoc potius eligis: audi ergo, vt
aut corrigas dilectionē, aut nõ differas electionē. Si mun-
dus iſte pulcer eſt, qualis putas eſt pulcritudo, vt creator
mundi eſt. Dilige ergo vt eligas, dilige melius vt eligas
ſalubrius, dilige deum, vt eligas eſſe cum deo. Ergo ꝑ di-
lectionē eligis. Sed quo plus diligis, eo citius ꝑuenire cu-
pis, et feſtinas vt apprehēdas: ergo ꝑ dilectionē curris, et
ꝑ dilectionē apprehendis. Item, quo plus diligis, eo auidi-
us amplexaris, ergo ꝑ dilectionem frueris. Vide quomo-
do tibi totum eſt dilectio ip̄a, electio ip̄a eſt curſus, ip̄a per-
uentio, ip̄a manſio, ip̄a eſt beatitudo. Dilige ergo deum, eli-
ge deum, curre, apprehende, poſſide, fruere. Iam, inquis,
elegi, qua via ꝑgam vt ꝑueniam, ꝑ viam dei curritur ad de-
um. Non poſſum, inquis, viam inexꝑtam ſolus currere, da
ſocios, ne aberrem. Cum his qui in via dei currunt, curre et
tu viam dei. Meliores ſocios habere nõ potes, q̃ illos qui
iam olim cucurrerunt in ea, et ꝑ longam currendi experien-
tiam, et vſum laboris, nec errare timent, nec deficere. Que
eſt ergo, ais, via dei, et qui ſunt currentes in ea. Recte ſunt

vię domini, et iuſti ambulabunt in eis. Iuſticia ergo ē via, et iuſti ſunt qui in ea currunt. Et ne forte moueat te, quod ambulantes nomino, et iterum currētes dico, velociter ambulare/ipſum eſt currere. Sicut ille faciebat, qui dixit: Viam mandatorum tuorum cucurri. Et alibi. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini, vt idē intelligas ambulare et currere, ne beatioreꝫ beatis ſe diceret, ſi illis ambulantibus/ipſe cucurriſſet. Habes ergo viam, habes ſocios in via, habes hereditatem in patria, habes quos pergas, cum quibus pergas, quo peruenias/vt requieſcas. Qua ꝑgas, iuſticiam, cum quibus pergas, amantes et ſectantes iuſticiam, quo peruenias et quo requieſcas, auctorem iuſticię et fontem vitę. Nulla via iuſticia rectior, nulla ſocietas iuſtorum melior, nulla requies deo tranquillior. Perge ſecurus, perge feſtinus, vt velociter peruenias, feliciter requieſcas. Cito pergere, eſt ardenter amare. Vide ergo, quomodo totum bonum tuum ex caritate pendet, per caritatem viam eligis, per caritatem viam curris, per caritatem ad patriam peruenis. Vis ſcire, quia nonniſi per caritateꝫ viam iuſticię eligis. Si quis, inquit dominus, diligit me, ſermones meos ſeruabit. De ipſo autem ſermone, alibi dicitur. Sermo tuus veritas eſt. De qua iterum pſalmiſta: Viam, inquit, veritatis elegi, iudicia tua non ſum oblitus. Si ergo ſermo domini veritas eſt, per illam vtiqꝫ caritatem, via veritatis eligitur, per quam ſermo domini impletur. Ergo caritas eligit viam iuſticię. Sed nunquid ſine caritate via iuſticię, non eligitur, et ſine caritate excurritur. Audi idemipſum pſalmiſtę, quod ſupra commemoraui, teſtimonium, quo dicit: Viam mandatorum tuorum cucurri, cū dilataſti cor meum. Quid eſt enim cor dilatatum, niſi cor amore feruens, caritate repletum. Per caritatem ergo cor dilatatur, corde dilatato, via iuſticię excurritur. Per caritateꝫ itaqꝫ eligis, per caritatē curris, ꝑ caritatē apprehēdis,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et fruer᷑is. Deus, inquit iohannes apoſtolus, caritas eſt, et
qui manet in caritate, in deo manet, et deus in eo. Qui er-
go caritatem habet, deum habet, deum poſſidet, in deo ma-
net. Ergo bona caritas, per quam deum diligimus, deū eli-
gimus, ad deum currimus, ad deum peruenimus, deum poſ-
ſidemus. Quid amplius dicam de te caritas? Ducem te di-
xi in via dei. Et quid, ſi teipam viam dixerim? Utiqꝫ ſic ca-
ritas, tu es via, ſed non ſicut alię vię, tu via es. Adhuc, in-
quit paulus ap̄lus, excellentiorē viam nobis demonſtrabo
vobis. De te enim dixit, o caritas, tu nanqꝫ es via ſuperex-
cellens, via ſupereminens, vias diſtortas dirigens, vias re-
ctas oſtendens. Tu es caput viarum rectarum. Om̄es vię
rectę a te exeunt, et in te recurrunt. Nam pręcepta dei vię
ſunt eius, quę omnia a te pendent, et in te conſiſtunt. Tu
es plenitudo iuſticię, perfectio legis, conſummatio virtu-
tis, agnitio veritatis. Uia igitur es, o caritas. Qualis via?
ſuperexcellens, ſuſcipiens, dirigens, et perducens. Cuius
via, via hominis ad deum, et via dei ad homines. O bea-
ta via, quę ſola commercium noſtrę ſalutis agnoſcis. Tu
deum ad hominem deducis, tu hominem ad deum dirigis.
Ille deſcendit, quando ad nos venit, nos aſcendimus, quā-
do ad illum imus. Nec ille tamen, nec nos, niſi per te, ad al-
terutrum tranſire poſſumus. Tu mediatrix es, aduerſos
concilians, diſiunctos ſocians, et tantum diſpares quodā-
modo coęquans, deum humilians, nos ſublimans, illum ad
nos trahens, nos ad ſumma erigens. Sic tamen, vt nec ab-
iecta, ſed pia ſit eius deſcenſio, nec ſuperba, ſed glorioſa ſit
noſtra exaltatio. Magnam ergo vim habes caritas. Tu ſo-
la deum trahere potuiſti, de celo ad terras. O q̄ꝫ forte eſt
vinculum tuum, quo et deus ligari potuit, et homo ligatꝰ
vincula iniquitatis dirupit. Neſcio, ſi quid maius in laude
tua dicere poſſim, q̄ꝫ vt deum de celo traheres, et homi-
nem de terra ad celum eleuares. Magna virtus tua, vt per

te vſqꝫ ad hoc humiliaretur deus, et vſqꝫ ad hoc exaltare-
tur homo. Conſidero deum ex femina natum, infantem pā-
nis obſitum, vagientem in cunis, ſuggentem vbera. Reſpi-
cio poſtea comprehenſum, ligatum, flagellis cęſum, ſpinis
coronatū, ſputis illitum, lanceatum, clauis fixum, felle et
aceto potatum, illic indigna, hic dira paſſum, et tamē cur
vel illa dignaretur, vel iſta pateretur, ſi cauſam quęrimus,
aliam pręter ſolam caritatem cauſam non inuenimus. O ca-
ritas quantum potes, ſi tantum inualuiſti erga deum, quā-
tomagis erga homines. Si deus propter hominem tanta
pertulit, quid homo propter deum tolerare recuſabit. Sed
fortaſſis facilius vincis quā hominem, citius pręualere deo
potes, quam homini: quia quo magis beatum, eo magis deo
eſt debitum a te ſuperari. Hoc optime tu noueras, quę vt
facilius vinceres, prius illum ſuperabas. Adhuc nos rebel-
les habuiſti, quando illum tibi obedientem, de ſede pater-
ne maieſtatis, vſqꝫ ad infirma noſtrę mortalitatis ſuſcipi-
enda, deſcendere coegiſti. Adduxiſti illum vinculis tuis al-
ligatum, adduxiſti illum ſagittis tuis vulneratum, vt am-
plius puderet hominem tibi reſiſtere, cum te videret ī de-
um triumphaſſe. Vulneraſti impaſſibilem, ligaſti inſupera-
bilem, traxiſti incommutabilem, ęternum feciſti mortalem.
Hęc omnia feciſti, vt dura corda noſtra emollires, et in-
ſenbiles affectus compungeres, vt ſe a torpore ſuo reſolue-
rent, et facilius ea ſagittę tuę penetrarent. Nec incaſſum
hoc feciſti. Multi enim ſic a te ſuperati ſunt, multi iam tibi
manus dederunt. Multi iam in pręcordijs ſuis ſagittas tu-
as infixas portant, et altius adhuc eas infigi deſiderant.
Delectabiliter enim et ſuauiter vulnerati ſunt, et plagas
tuas ſe percepiſſe / nec dolent / nec erubeſcunt. O caritas
quanta eſt victoria tua. Vnum primus vulneraſti, et per il-
lum omnes poſtmodū ſuperaſti. O caritas laudaui te quātū
potui, et multum cogito mecum, ſi quid adhuc ſit quod in

laudem tuam excellentius poſſit dici. Neſcio enim, ſi forte maius ſit te deum dicere, an te deū ſuperaſſe. Qđ ſi maius eſt, et hoc libenter et fiducialiter de te dicam. Deus caritas eſt, et qui manet in caritate, in deo manet, et deus ī eo. Audi homo, et ne amplius parum reputes, ſi caritatem habes, audi quia deus caritas eſt. Nunquid parum eſt, deū in ſe manentem habere, tantum ē caritatem poſſidere. Deꝰ eñ caritas eſt. Hoc priuilegium ſola caritas habet, vt deus dicatur et ſit, ita vt nulli alteri hoc conuenire poſſit. Non eñ dicitur, deus humilitas eſt, aut deus patientia eſt, ſicut dicitur deus caritas eſt: quia cum omnis virtus donum dei ſit, nulla preter ſolam caritatem hoc habet, vt nō ſolum donum dei, ſed etiam deus dici poſſit. Caritas autē ideo donum dei eſt, quia ſpiritus ſanctus a deo datur fidelibus. Ideo autem deus eſt, quia idem ſpūs illi a quo datur, ꝯſubſtantialis in eadem deitate eſt, et coeternꝰ. Reliqua igitur gratiaꝝ dona largit᷑ deus, etiā his quos reprobat: ſolam aūt caritatē, quaſi ſeipm̄, his tantum quos diligit in premium ſeruat. Caritas igitur eſt fons proprius, de quo non cōmunicat alienus: quia ſicut dictum eſt, reliqua dona gratiarum, hij etiam, qui per vitam reprobam a deo alieni ſunt, nōnunꝗ̄ percipiunt: caritatē aūt malus hr̄e nō poteſt, ſ; quicūq; illā habet, nō iam alienꝰ eſt a deo, ſed ipe ī deo, et deus in eo manet. Sic familiaris eſt deo caritas, vt ipe manſionē hr̄e nolit, vbi caritas non fuerit. Si quis, inqt. diligit me, ſermonē meū ſ;uabit, et pr̄ meꝰ diliget eū, et ad eum veniemꝰ, et manſionē apud eum faciemꝰ. Si ergo caritas tecum eſt, venit deus ad te, et manet apud te, ſi tu a caritate recedis, recedit et ipe a te, et nō ꝑmanet apud te. Si caritatem nunꝗ̄ habuiſti, nunꝗ̄ venit deus ad te, nec manſit apud te. Si caritatē ceptam deſeruiſti, receſſit deus a te. Si in caritate cepta permanſiſti, deus tecū eſt, et ꝑmanet apud te. Caritas omnem animę languorem ſanat,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Caritas vitiorum omnium radices extirpat. Caritas omniũ
virtutũ origo eſt. Caritas mentē illumiat, ↄſcientiā mūdat,
aīam letificat, deum demōſtrat. Animam, in qua caritas ha-
bitat, ſupbia non inflat, inuidia nō deuaſtat, ira nō diſſi-
pat, triſticia mala nō vexat, auaricia nō excecat, gula nō in-
flāmat, luxuria nō inquinat, ſemp munda eſt, ſemp caſta,
ſemp quieta, ſemp leta. ſemp pacifica, ſemp benigna, ſemp
modeſta, in aduerſis ſecura, in proſperis temperata, mūdū
ↄtemnēs, deū diligēs, oīm bona amādo ſua faciens, ſua om-
nibus libenter imptiens, nō timens inopiā, nō magnope ex-
petens habūdantiā. In quo caritas dei eſt, ſemp cogitat,
qn̄ ad deū pueniat, qn̄ mundū relinquat, qn̄ ſcandala eua-
dat, qn̄ veram pacē inueniat, ſemp cor ſurſum habꝫ, et de-
ſideriū in ſupna eleuatū. Si qn̄ ambulat, ſi qn̄ ſedet, ſi qn̄
agit, ſi qn̄ quieſcit, qcqd egerit, cor a deo nō recedit. Tacēs
deū cogitat, loquēs nil pter deū, et qđ ad dei amorem per-
tinet loqui deſiderat, alios ad caritatē exhortādo ſeipſum
inflāmat, caritatē oībus ↄmendat, q̄ dulcis amor dei, quaꝫ
amarꝰ et q̄ impurus ſit amor huiꝰ ſeculi, nō ſolū voce, ſed
etiā ope oībus demōſtrat. Deridet huiꝰ mūdi gl̄iam, ſol-
licitudinē arguit, et q̄ ſtultum ſit, ī his q̄ tranſeūt fiduciā
hr̄e, oſtendit. Miratur cecitatem hoīm, qui hec diligūt, mi-
ratur, quomodo iam dudum vniuerſa hec tranſitoria et ca-
duca omes nō ↄtemnūt. Oībus eſtimat dulce eē, qđ ſibi ſa-
pit, oībus placere, qđ diligit, oībus manifeſtum, qđ cogno-
ſcit. Iſtis inditijs caritas ſe prodit, et eos ī quibꝰ habitat,
nō ſolum intrinſecus voluntate, ſed et foris ↄuerſatione di-
ſcernit. Hoc iam tantū de caritate dictū eſt, et tantū ad
huc de caritate dici poteſt, et tantum dicendū eſt, quantū
dici non poteſt. Quid igitur, o bona caritas, o cara caritas,
quid dignum dicam laudibꝰ tuis. Certe poſt tanta prioꝝ p-
conia nichil de te dicere mea puitas preſumeret, ſi vnq̄ de
te ſatis dici potuiſſet. Illabere igitur nobis, o dulcis et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſuauis caritas, dilata cor nr̄m, expande deſiderium, diſ-
tende mentis noſtre ſinum, amplifica cordis nr̄i habitaculum,
vt capere poſſit hoſpitē et maiorē domū. Infundat et diſ-
fundat te in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum ſuum,
redemptor noſter vnicus et ſaluator jheſus chriſtus filius
dei, vt ipē cum patre ad nos venire dignetur, et manſionē
in nobis facere: qui cum eodem patre et ſpiritu ſancto vi-
uit, et regnat deus p̄ omnia ſecula ſeculorum.

Item de laude caritatis.

Quotidianum de dilectione ſermonem ſerimus,
ne forte ſcintillet in cordibus noſtris, et exarde-
ſcat ignis flammam faciens, aut totū conſumēs,
aut purgans totum. Ex eo nanqȝ, totū eſt, qđ bonū eſt, et to-
tum, quod malum eſt ex eo eſt. Vnus fons dilectionis intus
ſaliens, duos riuos infundit. Alter eſt amor mundi/cupidi-
tas, alter eſt amor dei/caritas. Medium quippe, eſt cor
hominis, vnde fons amoris erumpit. et. Cum p̄ appetitum
ad exteriora, dicitur cupiditas dei, cum vero deſiderium
ſuum ad interiora dirigit, caritas nominatur. Ergo duo ſūt
riui, qui de fonte dilectionis emanant, cupiditas, et caritas,
et omnium malorum radix, cupiditas: et omnium bonorum
radix, caritas. Ex eo igitur, totum eſt, qđ bonum eſt: et totū
qđ malum eſt, ex eo eſt. Quicquid ergo illud eſt magnum
eſt qđ ī nobis eſt, et ex eo totum eſt/qđ ineſt nobis, ex hoc
aūt amor eſt. Quid eſt amor, et quantū eſt amor, aut vnde
eſt amor. Et ſermo dei de amore loquitur. Nūquid hoc ne-
gotium nō potius illorum eſt, qui pudicitiam proſtituēre cō-
ſueuerunt. Ecce q̄ multi, qui eius miſteria volentes ſuſcipiūt,
q̄ pauci, qui eius verba in medium proferre non erubeſcūt.
Quid igitur nos facimus? Forſitan multa improbitate fron-
tem fractam habemus, qui non verecundemur amorem di-
ctatum formare, quem et impudici aliquando non poſſunt
ſine verecundia in verbis exprimere. Sȝ aliud ē inueſtigare,

vicium vt eradicetur, aliud exhortari ad vicium, vt virtus
et veritas nō ametur. Nos igitur inueſtigamus et querimꝰ
vt ſciamus/et ſciētes caueamus, qđ illi inueſtigant/vt ſci-
ant, ſed ſciant/vt faciant: quid illud in nobis ſit, quod deſi-
ria noſtra ſic multifariam diuidit, et cor nr̄m in diuerſa de-
ducit. Inuenimus aūt hoc aliud non eſſe p̄ter amorem, qui
cum ſit motus cordis/ſcđm naturā ſingularis et vnicus, ſe-
cundū actionē aūt diuiſus, cum ſe inordinate mouet, id eſt,
ad ea que nō debet, cupiditas dicit᷑: cum vero ordinatꝰ ē,
caritas appellatur. Ipm̄ ergo hunc cordis motū, quez amo-
rem appellamus, qua diffinitōe ſignare poterimꝰ? Expedit
nobis ꝑpius intueri eum, ne lateat aliquatenꝰ/et nō ſciatur,
ꝓptereaqꝫ nec caueatur, cū malus eſt, nec appetatur aut īue-
niatur cum bonus/de quo et, cum malus eſt, tāta mala veni-
unt, et cum bonus ē, tāta bona procedunt. Ipm̄ igitur quo-
modo diffinimꝰ. Inueſtigemus, ꝯſideremꝰ, qꝛ occultū eſt
qđ querit᷑, quātoqꝫ interiꝰ collocatū eſt, tātomagis ī vtra-
qꝫ parte cordi dn̄atur. Igitur videtur amor: et amor eſt di-
lectio cordis alicuiꝰ ad aliq̊d ꝓpter aliq̊d. Deſideriū in ap-
petēdo, et ī ꝑfruēdo gaudiū: ꝑ deſiderium currens/requi-
eſcens ꝑ gaudiū. Hic bonū ē, et hic malum ē tuum, cor hu-
manū: qꝛ nec aliunde bonum es, ſi bonū es: nec aliunde ma-
lum es, ſi malum es:, niſi qđ vel male /vel bene amas qđ bo-
num eſt. Nam oīe qđ eſt, bonum eſt, ſed cum id qđ bonum
eſt male amatur, illud bonum eſt/et hoc malum eſt. Igit᷑,
nec q̊ amat malū ē, nec qđ amat malū ē, nec amor quo amat,
malū eſt: ſed qđ male amat/et hoc oīe malum eſt. Ordia-
te ergo caritatem, et iam malum nullum eſt. Magnam rem
cōmendare volumus, ſi tn̄ valemus qđ volumꝰ. Omnipotēs
deus, qui nullo indiget, qꝛ ipe ſummum et verū bonum eſt,
qui nec de alieno accipe poteſt, quo creſcat, qm̄ ex ipo ſūt
oīa, nec de ſuo amittere quo decidat: qm̄ in ipo imutabi-
lit᷑ ꝯſiſtūt vniuerſa: ipe rationalē ſpm̄ creauit, ſola caritate,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nulla neceſſitate, vt eum ſue beatitudinis participem face-
ret. Porro, vt idem eſſet aptus tanta beatitudine perfrui,
fecit in eo dilectionem, ſpūale palatum, quodāmodo ſignifi-
cans, ad guſtum dulcedinis interne, quatinus p ipam, vide-
licet delectionē ſue felicitatis iocunditatē ſaperet, eiq; ifa-
tigabili deſiderio cohereret. Per dilectionē ergo copula-
uit ſibi deus creaturam rationalem, vt ei ſemp inherendo,
ipm quo beatificanda erat bonū, et ex ipo quodāmodo per
affectum ſugeret, et de ipo p deſiderium biberet, et in ipo
p gaudium poſſideret. Suge, o apicula, ſuge, Suge, et bibe
dulcoris tui inenarrabilem ſuauitatē. Immergere, et reple-
re: quia ille deficere neſcit, ſi tu non incipias faſtidire. Ad-
here ergo, et inhere, ſume, et fruere: ſi ſempiternus guſtus
fuerit, ſempiterna quoq; beatitudo erit. Non iam pudeat
nos, neq; peniteat, de amore feciſſe verbū. Non peniteat, vbi
tanta vtilitas, nō pudeat, vbi talis honeſtas. Igitur, p amo-
rem ſociata eſt factori ſuo creatura rationalis, ſolumq; eſt
dilectionis vinculum, quod ligat vtroſq; in idipm, et tanto
felicius, quanto fortius: propter quod etiam, vt indiuiſa ſo-
cietas, et concordia perfecta, vtrobiq; haberetur, geminatꝰ ē
nexus in caritate dei et proximi, vt per caritatem dei oīs
vni cohererent, per caritatem proximi omnes ad inuicem
vnum fierent: vt quod de illo vno, cui omnes inherebant,
quiſque in ſemetipſo non caperet, plenius atque perfecti-
us, per caritatem proximi in altero poſſideret, et bonū om-
nium fieret totum ſingulorum. Ordinate ergo caritatem.
Quid eſt ordinate caritatem? Si deſiderium eſt amor, bene
currat, ſi gaudium eſt, bene quieſcat. Eſt enim amor, ſicut
dictum eſt, dilectio cordis alicuius ad aliquid propter ali
quid: deſiderium in appetendo, et in perfruendo gaudium,
per deſiderium currens, et requieſcens per gaudium. Cur-
rens ad illud, requieſcens in illo: ad quid aut in quo? Au-
dite, ſi forte explicare poſſumꝰ, quo currere debeat amor nr̄.

aut in quo requieſcere. Tria quędam ſunt, quę amari bene
aut male poſſunt, id eſt, deus, proximus, et mundus. Deus
ſupra nos eſt, proximus iuxta nos, mundus ſubtus nos. Or-
dinate ergo caritatem. Si currit bene currat, ſi requieſcit,
bene requieſcat. Deſiderium currit, gaudium requieſcit.
Propter quod gaudium vniforme eſt: quia ſemper in vno
eſt, nec viciſſitudine variari poteſt. Deſiderium autē mu-
tabilitatem ſuſcipit, et iccirco non ſe continet in vno, ſed
varias ſpecies repręſentat. Omnis nanque curſus, aut de il-
lo eſt, aut cum illo, aut in illo, ad quod eſt. Quomodo er-
go currere debet deſiderium noſtrum? Tria ſunt, deus, pro-
ximus, et mundus. Tria deus, duo proximus, et vnum mū-
dus habeat, in curſu deſiderij noſtri, et eſt in deſiderio or-
dinata caritas. Amor nanq̄ per deſiderium, et de deo, et
cum deo, et in deum, ordinate currere poteſt. De deo cur-
rit, quando de ipſo accipit, vnde eum diligit. Cum deo cur-
rit, quando eius voluntati in nullo contradicit. In deum
currit, quādo in ipſo requieſcere appetit. Hęc ſunt tria, quę
ad deum pertinent. Duo ſunt proximi. Poteſt enim deſi-
derium de proximo currere, ſed in proximum non poteſt.
De proximo, vt de eius ſalute, et profectu gaudeat. Cum
proximo, vt eum ī via dei, et comitē itineris, et ſocium per-
uentionis habere concupiſcat. Sed in proximum non po-
teſt, vt hominem, ſpem, et fiduciam ſuam, conſtituat. Hęc
ſunt duo, quę ad proximum pertinent, id eſt, de ipſo, cum
ipſo: non in ipſum. Vnum eſt mundi, de ipſo currere: non
cum ipſo, aut in ipſum. De mundo deſiderium currit, quā-
do inſpecto foris dei opere, per ammirationem, et laudem,
ardentius intus ad ipſum ſe conuertit. Cum mundo cur-
reret, ſi ſe pro mutabilitate temporalium, ſiue deiciendo in
aduerſis, ſiue eleuando in proſperis, huic ſeculo ſe confor-
maret. In mundum curreret, ſi in eius delectationibus ſem-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

per requieſcere vellet. Ordinate ergo caritatem, vt per deſiderium currat/de deo, cum deo, in deum, de proximo, cum proximo, non in proximum, de mundo, nec cum mundo, nec in mundum, et in ſolo deo requieſcat per gaudium: quia ſi gaudium eſt, bene quieſcat, ſi deſiderium eſt, amor, bene currat. Eſt enim amor, ſicut dictum eſt, dilectio cordis alicuius ad aliquid propter aliquid, deſiderium in appetẽdo, et ĩ pfruẽdo gaudiũ. Currẽs ad illđ, reqeſcẽs ĩ illo. Hęc eſt ordinata caritas, et pręter ipſam omne quod agitur, non ordinata caritas eſt, ſed inordinata cupiditas.

De contemptu mundi. Tract9.

IN primis quidem, ſi ceperit homo ſemetipſum agnoſcere, cur creatus ſit, et exquirit factorem ſuum deum, tũc incipiet pęnitere ſe de his quę commiſit in tempore negligentię ſuę. Et ſic demum benignus deus, dat illi triſticiam pro peccatis. Et poſt hęc iterum per ſuam benignitatem, dat illi afflictionem corporis, in ieiunijs, in vigilijs, et orationis inſtantia, et contemptu mundi: et vt libens illatas iniurias ſufferat, et hodio habeat omne refrigerium corporale, et vt diligat planctum magis quaz riſum.. Poſt hęc deus tribuet illi deſiderium et fletum, et planctum, et humiliationem, et humilitatem, vt trabem oculi ſui conſideret, non alterius feſtucam imitatur eruere, et dicat ſemper: Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, et delictum meum coram me eſt ſemper. Et vt diei exitus ſui, memor ſit, et quomodo in conſpectu dei occurſurus ſit, et iudicia et pęnas deſcribat, in conſpectu mentis ſuę, nec non etiam meritos honores qui dandi ſunt ſanctis. Si autem cognouerit, quia cor illius firmum eſt in timore domini, et non timebit ad locum ſuũ, ſed fortiter reſiſtet aduerſario

ſuo, ille perfectus monachus, et miles xpi vocatur. Ut eñi
cumulata nauis vndarum ictu obruitur, ſic multa poſſi:
dẽs monachus viator impeditur. Nichil poſſidens mona:
chus, quaſi aquila ad celſitudinem peruolat, tunc deſcen-
dit ad eſcas, quando compellit neceſſitas. Prudens mona:
chus, non adulabitur, propter voluptatem ventris, diuitib9.
Nichil poſſidens, curſor leuis, velociter ad brauium ſuper-
ne vocationis dei perueniet. Verus monachus, poſt opus
moderatum, orationibus et lectionibus vacat: nichil poſſi-
dens monachus, theſauriſat in celo, et canit deo laudes
die et nocte in timore dei. Gloriatio monachi, cum nullas
res preſentis vite poſſidere deſiderat. Gloriatio monachi,
vigilie et fletus in orationibus eius. Gloriatio monachi,
manſuetudo et fides. Glorificatio monachi, quando deum
ex toto corde dilexerit, et proximum ſuum tanquam ſeipm̃.
Gloriatio monachi, abſtinentia eſcarum, et multiloquij
lingue. Gloriatio mõ. quando verba eius operibus conſo:
nant. Gloriatio monachi, quando in locũm ſuũm permanet,
et huc illucq3 non vagatur. Gloriatio monachi, longanimi:
tas cum humilitate et gratia, ſicut lampas ſplendida in lo-
co tenebroſo, ſicut ſol radians/ſplendidus eſt, ſic monach9
perfectus, in ſobrietate et caſtitate, et corde peruigili in tẽ:
pore pſalmorum. Sicut pondus ſalis premit virum infirmũ,
ſic ſomnus in oculis monachi. Sicut ſpine et tribuli in a:
gro optimo, ſic cogitationes turpes in corde monachi. Si-
cut tinea exterminat veſtimentum, ſic detractio animaȝ mo-
nachi. Noli ire ad colloquium mulieris, ne ſis ſeparatus a
regno dei, et ne velis dicere, loquor cum muliere et mundus
ſum. Monachus ſapiens manibus ſuis operatur, victum ſi-
bi acquirens quotidianum, et lucratus eſt orationes et ie:
iunia ſua. Si autem ab alio acceperit victum, quid prodeſt
quod orat et vigilat, ſicut mercenarius malus et durus?
Quia ſcriptum eſt: Melius eſt dare q̃ accipe. Lignorum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

copia, ingentem ſuſcitat flammam: multitudo autem eſca-
rum, inobedientiam parturit et mortem. Indigēs ventum in
orationibus vigiliam preſtat, et coronam anime acquirit.
Repletus autē, ſomni inducet grauitatem, oculus glorio-
ſus cōuiuia pſcrutatur, oculus autē ſapientium meditabi-
tur ↄtinentiā martyrum. Formidoloſus miles, horreſcit tu-
bam, que bellum ſignificat: et guloſus monachꝰ, ſi abſtinē-
tiam audierit, pdicantem, nō auſcultat. Flāma cum marce-
ſcit, iterum eluceſcit, ſi accipiat lignū: et libido ſopita, rur-
ſum igneſcit, ī ſaturitate eſcaꝝ. Nō miſerearis corpi, ſi laſ-
ſitudīe defecerit. Equus ↄſentiēs / indigēs corpꝰ / nec aſcē-
ſorē deiecit vnqꝫ. Concupiſcētia mater libidinis. Oleum nu-
trit lāpadā lucentē, et ignē luxurie accēdit ↄfabulatio mu-
lieꝝ. Facies eī mulieris, ſagitta eſt truculēta, infixit vulnꝰ
in anima, et venenum. Fuge confabulationē mulieris, ſi ca-
ſtus eſſe volueris, abſconſum eſt in eis venenum. Magis
appropinquare igni ardenti, qꝫ mulieri. Noli velle, cum ſis
iuuenis, impetus libidinis ſentire p concupiſcentiā, in con
fabulatione mulieris. Qui repleuerit ventrem, et promiſe-
rit caſtitatem, ipē tibi mentietur: forma pulcritudinis, pei-
us qꝫ procella ſubmergit. Speciem mulieris, ſi ſemel men-
te conceperis, et ipam vitam contemnere perſuadet. Vt eīm
ſi in paleis moretur ignis, excitat flammā, ſic memoria mu-
lieris permanens, ſuccendit concupiſcentiam. Aculeus pec-
cati facta eſt femina. Omnis ſocietas mulierum, gluten
eſt delictorum, et ſicut viſco nectit cantu ſuo, de quo dia-
bolus ſatiatur: aut ſi riſu diſſoluatur, aut cantare delecte-
tur. Vtilius eſt audire baſiliſcum ſibilantem, qꝫ mulierem
cantantem. Et tu, quid dicturus es michi, quomō cum He-
lia cōmemorata eſt vidua. Ipē qui diſcipulum te dicis He-
lie, fac quod ipē Helias fecit. Accipe tibi tantorum dierum
ſpacium ieiuniorum, vt poſſis in celo regnare in ſecula ſe-
culorum.

Incipit prologus magiſtri hugonis opis ſubſequentis.

Domino patri. ꝫ hugo munuſculum hoc dilectōis meę, ea vos p̄cor ſuſcipite benignitate, qua me illud ſcio deuotione obtuliſſe. Dictamē breue, de breuitate orationis, inelimato licet ſermone pręſcriptum, miſi caritati veſtrę, in quo diſtinctum habetis, quibus modis orantis animus, inter precum verba, ꝑ compunctionem accenditur. Demonſtratum etiam, cur illę a nobis ſcripturę, quę petitionis formam non habent, pro noſtra ſiue aliorum ſalute poſtulantibus, inter orandum proferūtur. De oratione ergo, orationem poſtulaturus ſcripſi, cuiꝰ dulcedinem, quanto iam longo pietatis ſtudio ꝑfectius guſtatis, tāto libentiꝰ donū accipere, et donū impendere debetis.

Quo ſtudio orandus ſit deus, et de diuerſis orationum affectibus. Tractatus

Quo ſtudio, et quo affectu, a nobis orandus ſit deus, ex noſtra miſeria, ſimul et ex eius miſericordia, cōſiderare poſſumꝰ. Quid enī efficacius hominem ad orandi ſtudium excitat, q̄ miſeria et calamitas tantorum malorum, quibus addictus premitur: et quid iocundius / ad effectū orādi trahit, quam miſericordia conditoris ſui, q̄ inter mala ſua totiens experitur. Ne ergo mens humana ad orandum pigra ſit, hinc ſua neceſſitate compellitur: ne autem trepida et diffidens oret, illinc pietate dei prouocatur. Iſtis duabus, miſeria ſcilicet hominis, et miſericordia conditoris, oratio ſubleuatur: quia dum mens alterna horum conſiderationę, ſe ad deuctionem inceſſanter excitat, quodam ſpiritualis impetu ſurſum leuata volat. Sic igitur orationi ſctā meditatio necāria ē, vt oīno ꝑfecta orō, ꝑfecta eē neqat, ſi eā meditatō ſctā, aut nō comitet, aut n̄ p̄cedat. Nā et hij q̄

mala ſua ↄſiderare negligūt, aut nihil petēdo/ aut aliud q̄ꝫ
oportꝫ petēdo, facile p̄ ignorantiam fallūtur, aut certe mi=
nus quaꝫ oportet digne petendo, per deſidiam tepeſcunt.
Primum igitur neceſſe eſt, vt ſi prudenter et vtiliter deum
orare volumus, iugi meditatione animum noſtrum exercea=
mus, et in conſideratione miſerię noſtrę diſcamus/ quid no-
bis neceſſe ſit petere, in conſideratione miſericordię dei no-
ſtri, quo deſiderio debeamus poſtulare. Cogitemus, q̄ꝫ ſit
breuis vita noſtra, q̄ꝫ via lubrica/ q̄ꝫ mors incerta. Cogite=
mus ergo, qualiter in hanc vitam intrauimus, cum dolore
pertranſimus, cum luctu exituri ſumus. Cogitemus, quantis
amaritudinibus admixtum ſit, ſi quid etiam dulce aut iocū-
dum in via hu9 vite occurſu ſuo nobis alludit. Q̄ꝫ fallax,
quaꝫ ſuſpectum, q̄ꝫ inſtabile/ quaꝫ tranſitorium eſt, quicq̄d
hu9 mundi amor parturierit, quicquid ſpecies et pulchritu-
do temporalis promittit. Alia ſunt mala, cum quibus naſci=
mur, et proceſſu temporibus, ſiue occulta dei gratia, ſiue ma-
nifeſta induſtria, liberamur. Alia vero in hanc vitam nobi=
ſcum veniunt, et a nobis ante mortem non recedunt. Alia
item ſunt mala, quę ex tempore nobis accreſcunt, et rur=
ſum decurſu temporis abeunt. Alia autem poſt natiuitateꝫ
contrahimus/ et ante mortem non euacuamus. Et quis om-
nia mala vite huius enumerare poſſit? Vt enim pretermitta-
mus/ ea mala, quę omnes homines communiter opprimunt,
qualia eſtimamus eſſe ſecreta pericula ſingulorꝫ/ quorum
ſibi quiqꝫ conſcij ſunt. Si cogitare quiſqꝫ voluerit, quę ab
ineunte ętate mala fecerit, quę ſuſtinuerit, et cōſtituat ante
oculos preterita tempora, dieſqꝫ vitę ſuę, conſideretqꝫ dili-
genter, quot inanes labores pertulerit, quotiens pro amo=
re huius vitę fruſtra deſudauerit, quotiens ĩ laborioſis co-
natibus fallaces exitus inuenerit, et poſt longos dies cur=
ſus requiē/ nec dū vllā adept9 ſit, ↄgnoſcit q̄d de hac vita
iudicare e poſſit. Cum aūt vitę huius ęrumnam ↄſiderat,

etiam que ſit patrie celeſtis ſuauitas atꝫ dulcedo attendat,
atqꝫ ꝑpendat q̄d inuenerit, q̄d ꝑdiderit/ vbi iaceat, vnde
cecidit. vt ex vtroqꝫ itelligat, q̄tū ſibi i hoc exilio lugēdū ſit.
Hinc eñ ſalomō dicit: Qui addit ſcientiā / addit dolorem:
quia quantomagis homo ſua mala intelligit/ tanto ampliꝰ
ſuſpirat et gemit. Poſtremo ſupeſt, vt in memoria maloꝝ,
etiā miſericordie dei recordemur: qꝫ fiducialius de futuro
eius miſeratōes requirimꝰ, ſi, quēadmodū in ꝑterito noſtri
miſertus ſit, cogitemꝰ. Reuocemus ad memoriā, bona q̄ tri-
buit, et qȝ in ꝑiculis ſepe ↄſtitutos clementer eripuit, nec
vnq̄ȝ peccatis noſtris, quo minus miſeretur, vinci potuit:
oblitos de ſe ammonuit, auerſos a ſe reuocauit, venientes
ad ſe benigne ſuſcepit, ꝑnitentibus indulſit, ꝑſeuerātes
cuſtodiuit, ſtantes tenuit, lapſos erexit, malas delectatio-
nes in amaritudines conuertit, et rurſus ſalubriter amari-
catis conſolationes ſuas tribuit. Poſtremo autem, tribu-
latione purgatis, quietem et pacem perfectam reſtituit, qui
nec peccantibus vnquam defuit vt corrigeret, nec iuſtis vt
cuſtodiret. Quiſq̄s huiuſmodi meditationibus, ante orati-
onis tempus animum ſuum exercuerit, nec improuidus for-
taſſis, nec tepidus ad orationē venit. Meditatio nanqꝫ aſ-
ſidua/ ſcientiam parit, ſcientia vero parta, ignorantiam pel-
lit, et compunctionem parit. Compunctio autem parta, de-
ſidiam fugat, et deuotionem parit. Deuotio vero oratio-
nem perficit; Scientia eſt, quando homo ad agnitionem ſui
illuminatur. Compunctio eſt, quando ex conſideratōne ma-
lorum ſuorum cor interno dolore tangitur. Deuotio, pius
et humilis affectus in deum, qui ex compunctione genera-
tur. Territus enim magnitudine malorum ſuorum animus,
et diffidens de proprijs viribus, ad eum ſe conuertit, et tā-
to ardentius patrociniū illiꝰ expetit/ quāto ſibi michil ext̄
deum relictū eſſe videt, i quo ↄfidere poſſit. Deuotō igit̄ ē,
ↄuerſio in deū pio et huīli affectu. Huīlis eñ eſt, ex ↄſciā

infirmitatis ſue: pius eſt, ex cōſideratione diuinę clementię. Hec in ſe tres principales virtutes habet, fidem, ſpem, et caritatem. Neq; eñ homo ſe, p deuotionē ad deum conuerteret, niſi et crederet ſe a deo ſaluari poſſe, et ſperaret eū miſereri velle. Poſtremo niſi eum, pluſq̄ mala ſua, diligeret, nequaq̄ illa fugiens, refugium in ipa eligeret. Credit ergo, ſperat, et diligit. Credit potentiam, ſperat miſericordiam, amat cuſtodiam. Nichil ergo aliud eſt oratio, q̄ mentis deuotio, id eſt, conuerſio in deum, per pium et humilem effectum, fide, ſpe, et caritate ſubnixa. Sed, quia multis modis mens per deuotionem accenditur. Ruſuſque, ipſa deuotio mentis, varijs modis voce promitur. Debemus aliquas ſigillatim orationis ſpecies diſtinguere, vt apertius valeamus virtutem eius indicare. Tres ſunt ſpecies orationis, ſupplicatio, poſtulatio, inſinuatio. ſupplicatio eſt, ſine determinatione petitionis, humilis et deuota precatio. Poſtulatio, eſt determinate petitioni inſerta narratio. Inſinuatio, eſt ſine petitione, per ſolam narrationem, voluntatis facta ſignificatio. Tria ſunt genera ſupplicationum, captatio, exactio, pura oratio. Captatio, eſt quod fit ante poſtulationem, ad preparandum et inclinandum animum auditoris: quod tribus modis facimus. Primo, cum aliquid dicimus, quod perſonam vel cauſam noſtram commendet, ſiue meritum noſtrum, ſiue infirmitatem, ſiue aliud aliquid enumerando, quod ad noſtram cauſam vel perſonam commendandam valeat, apud eum cui noſtrā petitōnem offerimus. ſecundus modus captationis eſt, cum aliquid in laudem eius proferimus, quem oramus, per quod apud animū noſtrum, carum, eum et acceptabilem eſſe, ſignificamus, vt noſtra caritate viciſſim eius dilectionē adipiſci mereamur. Tercius modus captatōis ē, qn̄ aliqd dicimꝰ, p qđ apđ aīm auditoris, cauſa aduerſarij nr̄i ſiue pſona deprimit, vt odio potiuſq̄ amore digna videatur. Iſtis tribꝰ mōis fit captio

Hoc autem genere ſupplitionis frequentiſſime diuina ſcriptura vti ſolet. Hoc enim agimus, vbicunqz laudes canimus dei, vbicunqz infirmitatem noſtram, vbicunqz maliciam aduerſariorum noſtrorum recitamus: et omnino, quicquid dei auribus dignum, et nostre neceſſitati congruum, ante petitionis pronunciationem eloquimur. Exactio, eſt quod fieri ſolet poſt factam poſtulationem, quando auditorem, ne petitio noſtra apud eum in obliuionem veniat, quadam (vt ita dicam) importunitate atqz inſtantia, frequenter memorem facimus. Que memoria tribus modis renouari videtur, videlicet, quando aliquid, vel de perſona eius, vel de perſona noſtra, vel de cauſa noſtra, iterato dicimus, vnde vel nos, vel cauſam noſtram, atqz petitionem in eius animo renouemus. Hoc genus ſupplicandi, quod apud homines importunum videtur, tam apud deum gratum atqz acceptabile eſt. Pura oratio eſt, cum ex habundantia deuotionis, mens ita accenditur, vt cum ſe ad deum poſtulatura conuerterit, pre amoris eius magnitudine, et petitionis ne obliuiſcatur, et dum amore eius, quem videt, perfrui concupiſcit vehementer. totaqz iam illi vacare deſiderat. eius etiam pro quo venit, curam libenter poſtponat. Hoc genus orandi vniforme eſt, et quod pre ceteris omnibus vnicum, tam eſt apud deum pre ceteris omnibus precioſum. Sed inter hec tria ſupplicationum genera, infimum locum, captatio, medium exactio, ſupremum et excellentiſſimum pura oratio obtinet: quia captatio timorem, exactio fiduciam, pura oratio perfectum amorem habet. Sciendum eſt etiam, quod ſupplicatio aliquando fit per ſola nomina: ſicut eſt illud: miſericordia mea, refugium meum, ſuſceptor meus, liberator meus, deus meus, adiutor meus. Aliquando per ſola verba, ſicut eſt: reſpice, miſerere, placare, attende et fac. Aliquando per nomina et verba ſimul: ſicut eſt illud: Verba mea auribus percipe domine, intellige clamorem meum, intende voci orationis mee, rex meus, et deus meus. Sed illud genus

contemplatio, quod per ſola nomina, quo magis ē foris ſig-
nificatione imꝑfectū, tātominꝰ ē habūdātia dilectōis plenū.
Affectus enim hoc proprium habet, q̄ quanto maior et fer-
uentior intus eſt, tanto minus per vocem explicari poteſt.
Illud ergo genus ſupplicationis, q̄d per ſola verba exprimi-
tur, minorem quidem iſto deuotionem indicat, maiorē au-
tem illo, quod nōibus et verbis, plena videlicet pronuntia-
tione ſignificatur. Illud igitur, quod ſolis nominibus fit, ad
puram orationem ꝑtinere videtur. quod ſolis verbis, ad
exactionem, quod nominibus ſimul et verbis, ad captationē,
ita pura oratio magis in jubilum vertatur, et appropīquet
deo, perueniat ocius, et efficatius obtineat: Poſtulatio, eſt
determinate peticioni inſerta narratio: ſicut eſt illud: Cor
mundum crea in me deus, ſpiritum rectum innoua in viſce-
ribus meis.. Hec tribus modis fit, obſecrando, rogando,
ſimpliciter poſtulando. Obſecratio eſt, quando vehementi-
or neceſſitas, deuotis precibus inſiſtere cogit. In medio-
cris cauſis rogamus. In minimis ſimpliciter poſtulamus.
Habent igitur hec tria differentias ſuas: quia excellentiſ-
ſimum obſecrare, medium rogare, minimū ē ſimpliciter po-
ſtulare. Inſinuatio eſt, ſine petitionę, per ſolam narrationē
voluntatis facta ſignificatio. Hec quoq; tribus modis fit,
timore, fiducia, contemptu. Timore fit, quando, vel magna
eſt cauſa, quam agimus, vel magna eſt perſona, quam roga-
mus. ſicut eſt illud: Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non
fuiſſet mortuus. Dixit, vnde voluntas, intelligeretur, ſed
temeritas non reprehenderetur, ut vel non exaudita re-
pulſę non pateretur opprobrium, vel exaudita voluutatis
ſuę conſequeretur effectum. Fiducia fit inſinuatio, quando,
vel de facilitate cauſę, vel de beniuolentia perſonę confidi-
mꝰ, et ideo deſideriū nr̄m patēt exprimere negamꝰ: q: nos
obtinere poſſe ſola inſinuatōe ſpamꝰ. ſicut eſt illd̄ qd̄ i nup-
tijs, deficiente vino, domino mater dicit: Vinum non habent.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Non dixit,peto,vt defectum poculi,vinum creando,aut cō-
mutando ſuppleas:ſed hoc materne reuerentie priuilegium
exiſtimauit,vt quicquid illi innuendo ſe velle ſignificaret,
pati a filio repulſam nō debuiſſet:et hoc quidem iuſtū fu-
erat,ſi tale aliquid ab eo petiuiſſet,q̄ ille facere potuiſſet
ſecundū naturam,quam ab ea ſumptam gerebat.Nunc aūt
quodāmodo iuſte rephenditur:quia ab ea natura,quā non
debebant,obedientiam in miraculo exigebat,et dicitur ei:
Quid michi et tibi mulier?Miraculum em̄ facere,dei virt9
eſt,non homis.Et ideo,cum a matre miraculum,xp̄s homo
requiritur,non quaſi homo,ſed quaſi deus,mulierem,nō ma-
trem,de p̄ſumptione cauſatur.Maria em̄ a xp̄o,nō quaſi ma-
ter,exigere a xp̄o filio ſuo,ſed quaſi mulier,ſi neceſſe fuiſſz,
humiliter miraculum poſtulare debebat a deo.Contemp-
tu fit Inſinuatio,quando vel cauſa vilis eſt,vel perſona que
rogatur humilis,que omnino ab oratione diuina excludi-
tur,apud homines aūt,maxime ſuperbos et potentes,mag-
no ſtudio exercetur.Et ſicut in ſupradictis oſtendimus,
ita quoqz in his tribus,differentiam inuenimus.Inſinuatō
em̄,ex fiducia,perfectis conuenit,ex timore inſipiētibus,ex
contemptu malis.Dehinc reliqua,que de oratione tractare
propoſuimus,annectenda ſunt.Quoſdam ſiquidem moue-
re ſolet,q̄ in orationib9 noſtris,cum deum,ſiue pro noſtra,
ſiue pro aliorum ſalute,petere volumus,illos nōnunq̄ pſal-
mos,qui vel petitionis verba non habent,vel ad pe̅tionem
noſtram non pertinent,decantare ſolemus,et de aliis ſcrip-
turis,quas in oratione frequentamus,ſimilem abſurditatez
producunt,cum eiuſmodi,vel formam orandi nō habeant,
vel illi,quam nos agimus,cauſe non concordant.Quid em̄
prodeſt,illa in oratione verba dicere,quibus inuenimur,vl
nichil vel aliud q̄ neceſſe eſt,a deo poſtulare.Non orat,ſed
ſubſanat potius,qui cum ante conſpectum eius quaſi vene-
rit poſtulaturus,ſubito ad alia,que nichil ad rem ptinere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

videntur, replicanda conuertit. Ecce em̄, inquiunt, dum pro
indulgentia peccatoꝝ noſtroꝝ, deum deprecari volumus,
quid nobis ad hoc prodeſt, ſi vel, quare fremuerunt gen=
tes, vel, attēdite ppl'e meus, vel aliū huiꝰcemodi pſalmum
decantamus. Nonne ridiculum eſt, vt talia canentes, orare
nos credamus. Iſtud fortaſſe aliqui dicant et eſtiment,
nichil vtilitatis eſſe, quotiens talia noſtris orationibus
admiſcemus. Sed quiſquis ſupradictas orationis ſpecies
diligenter ꝓſpexerit, qualiter etiam iſta / in orationibus di-
cta valeant, facile diſcernit. Nam, hoc genus orandi ſepe
ad impetrādum inuenitur efficaciꝰ, q̄ȝ illud etiā, in quo ma-
nifeſte petitionis noſtre modum orantes explicamus. Et li-
cet hoc, vt diximus, ex his que ſuperius memorata ſunt, ſa=
tis euidenter intelligi poſſit, ſi tamen hoc ſpecialiter de=
monſtretur, quid niſi amplius veritas pateſcit. Hoc inter-
eſt, quando oramus hominē, et quando oramus deum, quod
homo neceſſitatem noſtram ſcire non poteſt, niſi doctus fu
erit: deus etiam anteq̄ȝ petatur ſcit quid nobis neceſſe ſit.
Homo igitur, qui rogatur, ꝑ narrationem noſtram edoce=
tur, vt ſciat quid velimus, per ſupplicatōem noſtram pulſa-
tur, vt annuat quod petimus. Sed in illa que ad deum fit
oratione, narratio neceſſaria nō eſt, niſi forte homo ad hoc
narret, vt ipſe ſuam petitionem melius ītelligat, vt per nar-
rationem ſuam ammonitꝰ quid petat, conſideret, et ꝑ con=
ſiderationem petitionis ſue excitatus, deuotius oret. Sa=
ne, quantum ad deū ꝑtinet, ſola ſupplicatio ſufficit: quia, vt
diximus, deus non neceſſe habet doceri vt ſciat, ſed ſuppli-
candus eſt, vt annuat. Sed nullo alio modo ſcitius deꝰ ad
annuendum flectitur, q̄ȝ ſi precantis animus toto deuotio=
nis affectu, ad ipm̄ conuertatur. Quecunqȝ ſunt verba oran-
tis, abſurda non ſunt, ſed omni modo ad hoc competenter
proferri poſſunt, vt vel orantis affectum ad amorem dei ex-
citent. vel (quod amplius eſt) vt ſi iam amore eius flagrat,

excitatum demonſtrent. Demonſtrent autem, non vt deum
occulta noſtra quaſi neſcientem doceant, ſed vt nos, dum
internum nr̄m deſiderium foris loquimur, ex ipis nr̄is ver-
bis amplius ad amorem inflammemur. Sola igitur cordis
deuotio, quãtū ad deum ſufficere poterat, niſi ad hoc etiã
in voce formaretur oratio, vt mentem orantis ad amorē de-
uotionis accendat. Nam, ſicut diximus, ſi petitioni inſerta
narratio eſt, nō deus docetur, ſed orans ãmonetur conſide-
rare quid petat, vt deuotius oret. Si vero ſola ſupplicatō
eſt, quia deuotionem intus in corde eſſe ſignificat, ad ma-
iorem deuotionē animū inflãmat. Nequaq̄ igit̄, vel illa ab
orationibus nr̄is verba excludere debem9, q̄ et ſi modum
petitōnis nr̄e nō explicant, tamē affectum animi ad amorē
dei, et ad deuotionem pietatis inflãmant. Sed quia diuer-
ſis modis, humanus affectus ad amorē dei prouocatur, li-
bet nunc ipōs ſigillatim modos diſtinguere, et diſtinctos p
exempla demonſtrare. Sed ſciendum prius, qd̄ hoc vere ge-
nus om̄e orandi, quod quibuſdam prorſus ab orationis vſu
excludendum videtur, ad captationem ptinet: quã videlicz.
captationē, q̄uis ſupius, quaſi ſpeciem ſupplicatōis ãnume-
rauerim9, ſcd̄m q̄ndaz tn̄ largiorē ɔſuetudinē, nō ſolū ſup-
plicãdo, ſed etiã poſtulando et inſinuãdo captare ſolem9.
In captatione autē, beniuolentia auditoris comparatur. Qd̄
tribus modis fit, ſiue qn̄ aliquid in laudē eius dicim9, ſiue
qn̄ aliquid de nr̄a miſeria cōmemoram9, vel etiã, qn̄ aliquid
qd̄ ad oppreſſionem aduerſarioꝝ nr̄oꝝ ſpectat, in medium
adducimus. Dicamus igitur, om̄es illas ſcripturas, q̄s quo-
rūdã opinio, ad orationis vſum nō ēē aſumendas exiſtimat,
iccirco vtiliter debere, et ɔuenienter poſſe, inter vota precū
noſtraꝝ ab orantibus recitari: quia i nobis affectum pie de-
uotionis excitant, et cor nr̄m, vel narrãdo laudē dei, ad ei9
amorem prouocãt, vel nr̄am miſeriã ɔmemorãdo añ ɔſpectū
eius, nos humiliant, vel maliciam aduerſariorum noſtrorum

exaggerando, et vtilem nobis ſollicitudinem/ et fiduciam coram ipo pręſtāt ampliorē. Laudē dei in potētia et bonitate eius cognoſcimus, miſeriā nrām i hoc qd fragiles et peccatores ſumus, maliciam aduerſarioꝝ nroꝝ, q̄ et ad decipiendū ſunt aſtuti, et ad opprimendū impij. Siue igiť, laudē dei in bonitate eius et potentia, ſiue miſeriā nrām in īfirmitate et culpa nra, ſiue malitiā aduerſarioꝝ nroꝝ, in tirānide eoꝝ et aſtucia, ad exercitationē mentis /et augmentum bonę deuotionis noſtrę/ orantes cōmemorem9, nichil ineptum facimus, et p pium affectum, quem ipa in nobis verba excitent, vbiqꝫ orantes ſumus. Vt em̄ breuiter cuncta complectar, quocienſcūqꝫ dei laudem narramus, quęcūqꝫ ſint verba, quantūcunqꝫ probra, quid in his tamē intus oīb9 coꝛ nr̄m, niſi hoc vnum loquitur, qd eum et āmirans amat, et amādo āmiratur: Similiť, quādo de nr̄a miſeria corā eo orantes agimus, quęcūqꝫ ſint verba, quātumcunqꝫ probra, Quid in his oībus coꝛ nr̄m dicit, niſi hoc vnum, qd confitemur nos miſcdiam ei9 quęrere, et in eo omnem fiduciam nr̄am collocare. Quę deuotio, quāto humilitati ē proxima, tantomagis eſt deo accepta. Item, cū aduerſarioꝝ nroꝝ malitiā, in orōnibus nr̄is coram deo accuſamus, qualiacunqꝫ ſint verba/ quātumcunqꝫ prolixa, quid tn̄ aliud per hec om̄ia, qꝫ iuſtū iudicium dei, ad nr̄am liberationem expoſcimus, vt eripiat nos ab his. quoꝝ tirannide iniuſte opprimimur, et maliciam iuſte aduerſamur. Et, qꝫ vltionem de inimicis nr̄is, et iudicium cauſę noſtrę diuino arbitrio libenť relinquim9: quid eſt qd pro humilitate, et deuotione iuſte a deo impetrare non debeamus? Vnuſquiſqꝫ ergo, cum in orat̄one pſalmos, vel alias quaſcūqꝫ ſcripturas decant, diligenter cōſideret, cui affectui ſeruiat, et ad illum affectū toto niſu coꝛ ſuū excitet, ad quē id qd loquitur magis ptinere videt: qꝫ ſi verboꝝ quę loquiť affectum habuerit, p affectum ipm melius veritatem cognoſcet, et intelligentiam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cognoſcet, per verborum intelligentiam, in maiorem deuo-
tionem affectum accendet. Quantum autē affectus cordis
bonus placet deo, humana etiam nobis conſuetudo, qua-
uis vitioſa, quadam tamen virtutis imitatione demōſtrat.
Certe videmus adulatores, qualiter ſe erga illos, a quibus
aliquid expetunt, deuotos ſimulant. Sępe procedunt ob
uiam, in turba conſtitutos pompoſis ſalutatōibus hono
rāt, tranſire volentibus viam pręparant, alios locum dare
iubent, dominos aduentare proclamant. Cathedras in
medio conſtituunt, pulumaria ſternunt, pedibus prouoluū-
tur. Ex antiquis hiſtorijs, magnalia patrum replicant, et ſi
in eis non inueniunt quid laudentur, priorum facta ad eo-
rum laudem retorquent: ſe deuotos, ſe fidos, non ſolum di-
cunt, ſed iurant, et quod eſſe nolunt, hoc omni ſtudio vide-
ri laborant. Nunquid putatis, iuſte repręhendi poſſent, ſi eſ-
ſent quod non ſunt, ſed eſſe ſe fingunt? Si hoc malum eſſet,
videri — cur vt tales eſſent, cur tantopere tales iudei ſtuderēt, imo
vero, ſi tales eſſent, quales eſſe ſe fingunt et non ſunt, ve-
re laudabiles eſſent. Nec ob aliam cauſam, eorum petitio
ab omnibus ſępe reſpuitur, niſi quia tales non eſſe/quales
ſe fingunt eſſe/ſciuntur. Si ergo illi iuſte in ſuis precibus
repelluntur, quia ſciuntur tales non eſſe, quales ſe eſſe fin-
gunt: vt nos mereamur, quod petim⁹ a deo percipere, qua-
les illi ſe ſimulant, ſtudeamus in veritate deo nos exhibere.
Oſtendamus foris verbis, habere nos intus erga deū affe-
ctum deuotionis, et non ſolum oſtendamus, ſed quod oſtē-
dimus habeamus, ne ſi ſolum oſtendimus, non veri amato-
res, ſed adulatores ſimus: et quia, deum oſtentatione dec-
pere non poſſumus, nosipſos potius decipiamus. Pręterea,
ſicut et adulatores, ſimulatam deuotionem priores effe-
runt, et per eam illorum quos deprecantur, gratiam com-
parare volunt, ſic et nos precibus noſtris pręueniamus fa-
ciem domini, et vt mereamur obtinere quod petimus, non

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſimulatam deuotionem, ſed veram caritatem offeramus. Beatificemus amicos dñi ihū xpi, indignemur inimicos eiꝰ. Laudemꝰ in eo potentiā, magnificemꝰ pietatē, ammiremꝰ ſapientiā, extollamus genoroſitatem. approbemus equitatē. Item. narremus ei miſeriam nrām, indicemus ei neceſſitatem nrām, reuelemus ei infirmitatem nrām. confiteamur ei culpam nrām, offeramus ei obedientiam nrām, dicamus et credamus alium non eſſe, ꝑ quem poſſimus eripi, ꝑ quem speremꝰ liberari. Item. oſtendamus ei aduerſarioꝝ nroꝝ demonū, et ꝑuerſoꝝ hoīm maliciā, crudelitatē, iniquitatē, et tyrannidem, qꝺ ei aduerſantur ꝙ nos ꝑſequūtur, ꝙ nobis hoſtes ſūt, qui ei ↄtradicunt: qꝺ odimꝰ q̄ odit, qꝫ diligimꝰ que diligit, malle nos ꝓpter eum odia inimicoꝝ eius perpeti, qꝫ ↄtra eum hr̄e pacem eoꝝ. Omes igit̄ ſcripture eiꝰmōi, q̄ ad captationē faciendā ↄgruūt, ſiue ipa captatio, ꝑ ſupplicatōꝫ, ſiue ꝑ poſtulatōꝫ, ſiue ꝑ inſinuatōꝫ fiat, aliene ab orōnis vſu habende nō ſunt: qꝛ licet alique illaꝝ narrationes petitionum nō habeant, habent tn̄ omēs affectꝰ virtutum, quos in nobis accendūt, ꝑ quos orantes citius, qꝫ per nos petitionē impetrāt. Quia igitur, in affectibus pietatis eſt omis v̓tus orandi, enumeremꝰ aliqꝺ ex ipis, et exemplis demonſtremꝰ, vt qꝛ omēs demōſtrare nō poſſumꝰ, infiniti em̄ ſūt affectus, qꝺ tn̄ michi oībus laudabile ſit, et deo acceptum, ex quibuſdam commemoremꝰ. Eſt affectus dilectōis, cū forte mens, vel vidēs, vel remiſcēs id qꝺ amat, ſubito amoris igne corripitur. Eſt affectꝰ āmiratōis, cū aliqꝺ nouum et āmirabile ↄtemplans, in ſtuporē excitat. Eſt affectus cōgratulatōis, cū acceptabile aliqbus et beneplacitū vidēs, quadā hilaritate ꝑfundit. Eſt affectus humilitatis, qn̄ ex ↄſideratione infirmitatis ſue ab alienatōe ſua ſpōte cōprimitur. Eſt affectus timoris, qn̄ ex cōſideratiōe imminentiū penaꝝ ↄcutitur. Eſt affectus indignatōis, qn̄ in odiū aduerſarioꝝ, ex ipa iniquitatis eoꝝ malignitate, iflammatur. Eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

affectus zeli, quando ex amore iuſticię, ad deſiderium vltō-
nis accenditur. Eſt affectus bonę pręſumptōis, qñ ex noua
aliqua/et ſingulari fiducia, ad vendicandū plus ſolito quip-
piam animat̄. De iſtis affectōibus, primę tres, ad illud p̄ci-
pue genꝰ ſcripturę ꝑtinent, ī quo fit laudatio. Quia. ſcꝫ. ex
ꝯmemoratōe bonitatis, ſurgit affectꝰ dilectōis. Ex ꝯmemo-
ratōe potētię et fortitudīs, ſurgit affectꝰ ām̄iratōis. Ex cō-
memoratione aūt alicuiꝰ proſperi euentꝰ, et fati felicis, ſur-
git affectus ꝯgratulatōis. Tres ſequētes, ad illud genꝰ ꝑ-
tinent, ī quo fit ꝯmemoratio, et felicitatis et miſerię. Qui.
videlicꝫ. affectꝰ hūilitatis, ſurgit ex ꝯmemoratōe ꝓprię infir-
mitatis. Affectus doloris, ſurgit ex ꝯmemoratōe maloꝝ p̄-
ſentiū, vel recordatōe p̄teritoꝝ. Affectus timoris, ex p̄uiſi-
one futuroꝝ. Tres vltīi affectus illi, magis generi ſcriptu-
rarum congruunt/in quo fit inuectio et accuſatio in aduer-
ſarios. videlicꝫ. ꝯtra nequitiā eoꝝ, indignatio ꝯtra iniuriā,
zelus ꝓpter maliciā, maior de dei miſcdia p̄ſumptio. Exem-
pla ſinguloꝝ hęc ſunt. Ex affectu dilectōis, cantat̄ pſalmꝰ:
Diligam te. Ex affectu ām̄iratōis, cantat̄ pſ: Dñe dñs nr̄.
Ex affectu ꝯgratulatōis/cantatur pſ: Oīes gentes. Et ī
his oībꝰ ē laudatio. Ex affectu hūilitatis, cantur pſ: In
te dñe ſperaui. Ex affectu doloris/cantur pſ: Vſquequo
dñe. Ex affectu timoris, cant̄ pſ: Dñe ne in furore. Et ī his
oībus ē mixta querelę dep̄catio. Ex affectu indignatōis, ca-
ntur pſ: Quid gloriaris ī malicia. Ex affectu zeli, cantur
pſ: Deus vltionū. Ex affectu bonę p̄ſūptōis, cantur pſ:
Judica me dñe. q. ego. Sciendum eſt tn̄ hanc ꝓprietatem/
in oībꝰ pſ, nō eſſe, vt ꝑ totam ſeriem vnus affectus exten-
datur, ſed ſepe de alio affectu tranſitur in alium, ſcđm mē-
tes orantium diuerſis modis affici ſolent. Hoc aūt quali-
ter ꝑ ſingulos pſalmos cognoſci poſſit, explanare prolixio-
ris operis tractatum expetit. Volumus tamen in aliquibꝰ
exempli cauſa demonſtrare. Forte cogitare cępi, quanta ſit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

felicitas, eſſe cum deo, quanta item miſeria ſit, viuere ĩ hoc
ſeculo, quanta demum calamitas, ſemper cruciari in infer=
no: et ex hac meditatōne mea, ſubito amore celeſtis patrię
attactus, ipo affectu ducente, in hec verba decurrit. Beatꝰ
vir qui non abijt in conſilio impiorum. Cuius pſalmi totam
ſeriem, ſi ſecundum intimum compunctiōis ſenſum quęri=
mus, quid aliud, niſi hoc vbiqꝫ dicentem inuenimus? Feli=
ces, qui nunquam a deo receſſerunt, felices, qui ſemper cuꝫ
deo permanſerunt, felices, qui in obſequio fideles, et de=
uoti perſtiterunt. Nam, non felices, ſed miſeri ſunt illi, qui
ab illo elongauerunt, et cum illo perſeuerare noluerunt,
vel qui poſt ad illum non redierunt. Gratias illi, quantum
perſtiti, confuſio michi, quantum diſceſſi. Nunc autem, quā
tum prope ſum/elongare nolo, quantum longe ſum, redire
cupio. Vtinam/ad illum perueniam, vtinam/ab illo nunquā
recedam. Adiuua me domine deus meus. Affectus igi=
tur iſte dilectiōis eſt, ſurgens ex laudatione. Item, exem=
plum alterius. Cogitaui mecum, quanta eſſet potentia dei,
deinde ammirari cępi, veſaniam hominum, qui mortales ſūt,
et tamen voluntati eius obuiare non pertimeſcunt. Ex hac
itaqꝫ ammiratiōe, compulſus ſum exclamare, et dicere: Qua-
re fremuerunt gentes. Et eſt ammiratio, mixta indignatio=
ni, qua veſaniam ammiramur, pręſumptiōi indignamur.
Vel certe ĩ nobiſmetipſis, dum foris aſſultus viciorum cre-
bros et importunos aſpicimus, et in trinſecus de dei adiu=
torio pręſumimus, ipſam temptationum noſtrarum moleſti=
am, cum quadam indignatione arguimus, dicentes: Quare
fremuerunt gentes. et cetera. Et eſt ſumma totius pſalmi
ad hoc tendens, vt per dei potentiam confirmati, inſolen=
tes aduerſitates contemnamus, et tanto nos aduerſariis
noſtris fortiores, quanto deo viciniores ſumus pręſumamꝰ.
Illorum interitum feſtinum attendamus, dei magnificen=
tiam, contra eorum ſuperbiam frangendam, opponamus.

cum omnī reuerentia, animum noſtrum ad obſequium illius
ſubiciamus, ſemper ſupra nos ammirantes eius potentiam,
infra nos deſpicientes eorum inſolentiam. Hic eſt affect9
ammirationis, indignationi mixtus, ex laude ſurgens. Se-
quentis pſalmi ſeries, non ſecundum vnum affectum texitur,
ſed ſepe de affectu in affectum tranſit. Verbi gratia. In
anguſtijs conſtitutus, quantū ſemper in dei miſericordia
confidebam, cogitare incipio: quia tamē, quomodo me ab
eo derelictum video, ex affectu doloris in hec verba pro-
rumpo: Domine quid multiplicati ſunt, qui tribulāt. m. m
in aduerſum me. Multi di. a. m. non eſt ſalus ipſi in deo.
eius. Rurſumqꝫ, de affectu doloris, in affectum bone pre-
ſumptionis recurrens, aio: Tu autem domine ſuſceptor me-
us es. vt et merorem per fiduciam releuem, et fiduciam p
merorem caſtigem. Et quis omnes virtutes pſalmorum,
quis ignitas compunctiones ſanctorum affectuum, enume-
rare loquendo poteſt, pro quibus mens in oratione accendi
tur, et gratiſſimum deo ſacrificium in ara cordis adoletur.

Tractatus. de lya, et rachel, vxoribus Jacob: et de concu-
binis eius, bala, et zelpha: et filijs eius, et filia.

Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſ-
ſu. Audiant adoleſcentuli, ſermonem de
adoleſcente, euigilent ad vocem prophe-
te. Beniamin adoleſcentulus in mentis ex-
ceſſu. Quis ſit beniamin iſte, multi noue-
runt, alij per ſcientiam. alij per experienti-
am. Qui per doctrinam nouerunt, audiant patienter, qui
per experientiā didicerīt, audiant libent̄. Qui em̄ cum expe-
rientie magiſterio ſemel noſſe potuit, fidenter loquor, ſer-
mo de eo quamuis prolixus, illum ſatiare non poterit. Sꝫ
quis de eo digne loqui ſufficiat? Eſt enim ſpecioſus forma

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pre om̄ibus filijs Jacob, et quales rachel generare debuit.
Nam lya quidem, quamuis plures, pulcriores tamen libe=
ros habere non potuit. Duas nanq;, vt legitis, vxores Ja=
cob habuiſſe cognoſcitur, vna lya, altera rachel diceba=
tur. Lya fęcundior, rachel formoſior. Lya fęcunda, ſed lippa,
rachel fere ſterilis, ſed forma ſui glorians. Sed iam quę
ſint iſtę duę mulieres Jacob videamus, vt qui ſint earum fi-
lij facilius intelligamus. Rachel, doctrina veritatis, lya di-
ſciplina virtutis. Rachel, ſtudium ſapientię, lya, deſideri=
um iuſticię. Sed ſcimus Jacob ſeptem ann̄is pro rachel ſer-
uiſſe, et tamen videbantur ei dies pauci, prę amoris magni=
tudine. Quid miraris? Secundum magnitudinem pulcritu-
dinis, erat magnitudo dilectionis. Certe, ſi in laudem ſa=
pientię aliquid temptare voluero, minus erit quantumcun-
q; dixero. Quid enim, ſapientia ardentius diligitur, dulci-
us poſſidetur. Eius decor omnem ſuperat pulcritudinem,
eius dulcor omnem excedit ſuauitatem. Eſt en̄, vt ait qui=
dam, ſpecioſior ſole, et ſuper omnem ſtellarum diſpoſitionē
luci comparata, inuenitur prior. Illi enim ſuccedit nox, ſa-
pientiam autem non vincit malicia. Attingit ergo a fine vſ-
q; ad finem fortiter, et diſponit om̄ia ſuauiter. Hanc ama-
ui, inquit, et exquiſiui a iuuentute mea, et quęſiui ſponſam
michi eam aſſumere, et amator factus ſum formę illius.
Quid ergo mirum, ſi Jacob in huiuſmodi ſponſę amore fla=
grabat, ſi talis ignis tantę dilectionis flammas tempera=
re non poterat. O quantum amabat, o qualiter in eius amo-
re flagrabat, qui dixit: Super ſalutem et omnem pulcritu=
dinem, dilexi ſapientiam. Nchil en̄ hac, vt diximus, ſapien=
tia ardentius diligitur, nil dulcius poſſidetur. Hinc eſt ei,
q; ſapientes omnes eſſe volunt, pauci tamen ad modum ſa-
pientes eſſe poſſunt. Nunquid de iuſticia ſimiliter dicimus.

Nunquid ęque iuſti omnes eſſe volumus, ſed iuſti forte eſ-
ſe non poſſumus? Imo omnes vtique iuſti eſſe potuiſſent,
ſi eſſe iuſti perfecte voluiſſent. Juſticiam enim perfecte di-
ligere, eſt iam iuſtum eſſe. Sapientiam et multum amare
potes, et ipſa carere potes. Omnino, et abſque dubio, quā-
to amplius iuſticiam dilexeris, tanto iuſtior eris. Sed vi:
deamus nunc, quę ſint inſtituta verę iuſticię, et inueniemus,
cur homines tantum deteſtantur cōnubia lyę. Querendum
nanqꝫ eſt, cur omnes coniugia lyę tātopere abhorreant, qui
in amplexus rachel tantum ſuſpirant. Perfecta iuſticia iu-
bet inimicos diligere, parentes, et propria queque relinque-
re, illata mala patienter ferre, oblatam gloriam vbiqꝫ de:
clinare. Sed ab huius mundi amatoribus, quid ſtultius,
quid laborioſius, eſſe reputatur? Hinc eſt, quod ab eis lya
creditur, et laborioſa vocatur. Lya nanque laborioſa inter-
pretatur. Magnus nanque labor, ſed non minor error, vide-
tur eis eſſe, in tribulatione gaudere, proſpera mundi, quaſi
peſtem fugere. Sed quia, copiam mundi ad neceſſitatem
non reſpuit, et ad voluptatem non ammittit. Lyam lippam,
non cęcam vocant, quam in rerum iudicio errare putant.
Si igitur, per lyam deſiderium juſticię, per rachel vero
ſtudium ſapientię intelligitur. Patet ratio, quare, vel lya
ab omnibus fere contemnitur, vel rachel tantum diligitur.
Sed libet adhuc, de his duabus vxoribus jacob diligenti:
us inquirere, et quicquid inde animus ſuggeſſerit, manife-
ſtius aperire. Omni ſpiritui rationali, gemina quędam vis
data eſt, ab illo patre luminum, a quo eſt omne datum op-
timum, et omne donum perfectum. Vna eſt ratio, altera
eſt affectio. Ratio, qua diſcernamus, Affectio, qua diliga:
mus Ratio ad veritatem, Affectio ad virtutem. Hee ſunt
ſorores illę duę a domino deſponſatę, olla et olibama; iħr̄l'm
et ſamaria. Hee ſunt, ſpiritus rationalis, geminę vxores, et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quibus oritur generoſa proles, et regni celeſtis heredes.
Ex ratione oriuntur/conſilia recta; et affectione/deſideria ſancta. Ex illa, ſpirituales ſenſus; ex iſta/ordinati affectus. Ex iſta deniqꝫ, omnis virtus: ex illa, vero veritas omnis. Sciendum itaqꝫ eſt, quod affectio/tunc veraciter incipit Lya eſſe, quando ſatagit ſeipſam ad normam iuſticię componere. Et ratio rachel eſſe, indubitanter aſſeritur, quando illius ſummę et verę ſapientię luce illuſtratur. Sed quis ignorat, quã ſit illud laborioſum, quã ſit iſtud iocundum? Vtique, non ſine labore magno, animi affectio a libitis ad licita reſtringitur, et recte talis vxor Lya, hoc eſt laborioſa vocatur. Quid vero dulcius, quid iocundius eſſe poteſt, quã oculum mentis ad ſummę ſapientię contemplationem erigere? Ad hanc itaqꝫ contemplandam, cum ratio dilatatur, merito rachelis nomine honoratur.

Rachel, viſum principium, vel ouis interpretatur. Vt ergo tali nomine digna ſit, impleat quod ſcriptum inuenit: Sentite de domino in bonitate, et in ſimplicitate cordis querite illum. Vtiqꝫ, qui de domino in bonitate ſentit, iam illũ, qui eſt principiũ omniũ, fidei oculo cernit. Sed et ouis veraciter eſt, ſi in ſimplicitate quęrit. Vides ne, quẽadmodum non quęlibet, ſed ſumma ſapientia ſimpliciter quęſita, facit eſſe rachel. Iam, vt arbitror non miraris, quod rachel tantum diligitur, cum eius etiam pediſſequa, ſapientiam mundi loquor, quę in dn̄ę ſuę comparatione, ſtulticia reputatur, tanto vt cernimus amore, a mundi philoſophis requiratur. Quẽadmodum aũt Lya ſupponit. dum rachel ſperatur, facile recognoſcunt, qui hoc q̄ ſępe contingat, nõ tam audiendo, q̄ experiendo didicerit: ſępe contingit, vt animꝰ antiquę conuerſatõis ſordibꝰ minꝰ mũdatus, et ad contemplationem celeſtem nõ dum idoneus, dũ ſe in

cubiculo rachelis collocat, dum ſe ī eiꝰ amplexꝰ totū pat, dum illam iamiam ſeſe tenere putat, ſubito et inopinate inter amplexus lyę ſe eſſe deprehendit. Quid enim ſcripturam ſacram, niſi rachelis cubiculum dicimus, in quo ſapientiam diuinam, ſub decenti allegoriarum velamine, latitare non dubitamus? In tali cubiculo rachel totiens querītur, quotiens in lectione ſacra ſpiritualis intelligentia indagatur. Sed quamdiu adhuc ad ſublimia penetranda minime ſufficimus, diu cupitam, diligenter quęſitam, rachel nondum inuenimus. Incipimus ergo gemere, ſuſpirare, noſtraꝫ cęcitatem, non ſolum plangere, ſed et erubeſcere. Dolentibus ergo nobis, et querentibus, vnde hanc cęcitatem meruimus, occurrunt mala quę fecimus. Quinimmo, ipſa diuina lectio, nobis nolentibus, et aliud quiddam in ea molientibus, fęditatem noſtram frequenter ingerit, et corda noſtra in eius conſideratione compungit. Quotiens ergo in diuina lectione, pro contemplatione, compunctionem reperimus, in cubiculo rachelis, non ipſam, ſed lyam nos inueniſſe, non dubitemus. Nam, ſicut rachelis eſt meditari, contemplari, diſcernere, intelligere: ſic profecto pertinet ad lyam flere, dolere, gemere, ſuſpirare. Nam, lya, vt dictum eſt, affectio eſt, diuina inſpiratione inflammata: rachel, eſt ratio, diuina reuelatione illuminata. Lya, affectio, ad normam iuſticię ſe ipſam cōponens: rachel, ratio ſe in celeſtis ſapientię contemplationem attollens. Sed de his hactenus: nunc de earum ancillis videamus.

Accepit ergo vtraqꝫ illarum, ancillam ſuam. Affectio ſenſualitatem: ratio imaginationem. Obſequitur ſenſualitas affectōi: imagiatō famulatꝛ rōi. Vnaqueqꝫ ancillaꝝ, dn̄e ſue neccāria eē ꝯgnoſcit, vt ſine illꝰ totꝰ

mundus nil eis poſſe conferre dinoſcit. Nā ſine imaginatio-
ne ratio nichil ſciret, ſine ſenſualitate affectio nil ſaperet.
Ut quid enim ipſa, circa labentium rerum amorem, tam vehe-
menter afficitur, niſi quia in eis, per ancillę ſuę, hoc eſt, ſen-
ſualitatis obſequium, multiformiter delectatur. Item, cum
ſcriptum ſit: quia inuiſibilia dei, a creatura mundi, per ea q̄
facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Inde manifeſte colligi-
tur: quia ad inuiſibilium cognitionem nunquam ratio aſſur
geret, niſi ei ancilla ſua imaginatio. videlicet. rerum viſibi-
lium formam repreſentaret. Per rerum enim viſibilium ſpe-
ciem, ſurgit ad rerum inuiſibilium cognitionem, quotiens
ex his ad illa, quandam trahit ſimilitudinem. Sed conſtat,
quia ſine imaginatione corporalia neſciret, ſine quorꝫ co-
gnitione, ad celeſtem contemplationem non aſcenderet. Vi-
ſibilia enim ſolus contuetur ſenſus carnis, inuiſibilia vero
ſolus oculus videt cordis. Eſt ergo ſenſus carnis totus ex
trinſecus, ſenſus vero cordis totus intrinſecus. Ratio fo-
ras exire non poteſt, ſenſus corporis ad illam intrare non
poteſt. Non enim decebat, filiam delicatam et teneram, et
ſingulariter formoſam, foris per plateas diſcurrere; ſꝫ nec
ſeruum cōueniebat, dominę ſuę penetralia ſecretiora irreue-
renter irrumpere. Diſcurrit ergo imaginatio, vtpote ancil-
la, inter dominam et ſeruum, inter rationē et ſenſum, et q̄c-
quid extrinſecus haurit per ſenſum carnis, intus repꝛſentat
ad obſequium rationis. Semper ergo imaginatio rationi
aſſiſtit, nec ad momentum quidem ab eius famulatu ſe ſub-
trahit. Nam, ſenſu etiam deficiente, ipſa miniſtrare non de-
ſinit. Nam, in tenebris poſitus, nichil video, ſed quęlibet il-
lic imaginari poſſum, ſi volo. Sic ſemper, et ī omnibus ima-
ginatio preſto eſt, et eius obſequio vbiqꝫ ratio vti poteſt.
Sed et ſenſualitas nichilominus ſatagit, et ſollicita eſt
circa frequens miniſterium, vtique et ipſa ſemper et vbi-
que, ad dominę ſuę ſue parata obſequiū. Hec eſt, q̄ illi ſolet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

carnaliū delectationum cibos cōdire et apponere, et ad ea-
rum vſum ante horam inuitare, et vltra menſurā prouocare.
Quę enim alia eſt, quā ſenſualitas, quę animi affectionem
carnalium voluptatum deſiderio inflammat, et earum de-
lectatione inebriat. Hęc eſt, quę laborioſam illam dominā
ſuam egredientem pręcedit, et huc illucqꝫ circumducit.
Nam, quia lya lippa eſt, et parum videt, illius manuductionē
ſequi eam non pudet. Hinc eſt quod lya, animi videlicet af-
fectio, nunc contemnenda diligit, nunc diligenda contem-
nit: quia, dum eius oculus in rerum iudicio caligat, carnis
appetitum ſequi non erubeſcit.

Hee ſunt duarum vxorum Jacob, ancillę duę, quas
ſcriptura nominat, zelpham et balam, Balam rache-
lis, zelpham lyę. Vidimus de earum obſequio, ſed
nec de earum vitio ſilendum puto. Eſt enim Bala garrula,
zelpha temulenta. Balę nanqꝫ loquacitatem, nec ipſa domi-
na eius rachel compeſcere poteſt: ſed et zelphę quidem ſi-
tim, dominę ſuę copia tanta, omnino extinguere non poteſt.
Vinum quod zelpha ſitit, gaudium eſt voluptatis. De quo
quanto plus bibit, tanto amplius ſitit: nam ad ſatiandum
ſenſualitatis appetitum, totus mundus non ſufficit. Quia
ergo, quantumcunqꝫ bibat, ſemper ad bibendum inhiat, re-
cte zelpha, hoc eſt, os inhians vocatur, ſitis cuius nunquā ex-
tinguitur. Imaginatio autem, cum tanta importunitatē in
auribus cordis perſtrepit, quatinus eius clamorem, vt dixi-
mus, ipſa rachel vix, vel omnino cohibere non poſſit. Hinc
eſt, quod ſępe pſallimus / vel oramus: fantaſias cogitatio-
num, vel quaſlibet imagines rerum, ab oculis cordis am-
mouere volumus, nec valemus. Quoniam ergo huiuſmodi,
perſtrepentium cogitationum tumultus, quotidie etiam in-
uiti patimur, qualis vel quanta ſit Balę garrulitas, quotidi-
ano experimēto docemur. Quęqꝫ etenim viſa et audita, qñ q̄ ip-
ſi geſſimus vel dixim9 ad memoriā reuocat, et q̄ ipſa iā enarrādo

explicauerit, eādem iterū atq; iterum, replicare non ceſſat. Et ſepe, cum nulla voluntas cordis, et audiendi aſſenſum p̄beat, ipſa nichilominus, q̄ſuis nullo quaſi audiente, narrationem ſuam explicat. Sic itaq; decrepiti ſenes, vel inueterate anus, ſolent quelibet, abſq; omni auditore referre, et quaſi aliquibus preſentibꝰ cum eis ſermonem conferre. Unde nō immerito, Bala, hoc eſt, inueterata dicitur, que inueteratorum morem imitatur. Sed de garrulitate Bale, ſeu temulentia zelphe, quis neſciat, niſi forte qui ſeipſum ignorat.

Nunc de earum filijs, et prius de filijs lye, dicendum videtur: nam et ipſa prior peperiſſe legitur. Filij Jacob ex lya, vt diximus, nichil aliud ſunt, q̄ ordinati affectus. Nam, ſi inordinati ſunt, eius vtiq; filij dici non p̄nt. Septenaria itaq; lye proles, ſeptem ſunt virtutes. Siquidem, nichil aliud ē virtus, q̄ animi affectus/ordinatus et moderatus. Ordinatus quidem, quando ad illud eſt, ad quod eſſe debet. Moderatus, quando tantus eſt/quantus eſſe debet.

Principales ergo affectus ſeptem ſunt, qui ab vna omni affectione ſurgunt. Spes videlicet, et timor, gaudium, et dolor, odiū, amor, et pudor. Iſti om̄s p̄nt eſſe, modo ordinati, modo inordinati. ſed cum fuerint ordinati, tunc tantum inter filios Jacob deputandi. Si nō eſſet timor inordinatus, ſermo diuinus minime dixiſſet: Jllic trepidabant timore, vbi non erat timor. Iterum, ſi non eſſet timor ordinatus, ſcriptum non eſſet: Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi. Item, ſi non eſſet amor modo ordinatus, modo inordinatus, ſcriptura ſacra nec iſtum preciperet, nec illum prohiberet: Diliges, inquit, deum tuum/ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omni virtute tua, et proximum tuum ſicut teipſum. Et alibi: Nolite diligere mundū, nec ea q̄ in mūdo ſūt. ſic&r debemꝰ et de alijs affectibus intelligere, aliq̄n ordīatos, et icc̄o bonos, aliquādo inordīatos, et icc̄o malos eē. De bonis aūt

quos et Jacob filios eſſe diximus: nūc quo ordīe generent
videamus. Scriptum eſt. Initium ſapientię timor domini
Hęc ergo eſt prima virtutum proles, ſine qua ceteras ha:
bere nō potes. Qui talem filium habere deſiderat, mala q̄
fecit, nō ſolum frequēter, ſed et diligent attēdat, hinc mag-
tudīē ſui ſceleris, ill mc potentiā iudicātis. Ex tali ꝯſidera-
tōe timor naſcit. ſcʒ filꝰ ille, q̄ iure ruben, hoc ē, filꝰ viſio-
nis vocat. Quodāmō etenī cecꝰ eſt, et minime videt, q̄ pec:
care nō timet, q̄ futura mala nō p̄uidet, q̄ nō erubeſcit pra-
uitatē ſuā, q̄ nō expaueſcit ꝑtatem diuinā. Si icipiat iſta vi-
dere, īcipiet pariter et timere, et q̄nto ꝑfectꝰ ꝯgnouerit,
tāto vehemētius timebit. Vides, vt arbitror, q̄ꝫ iuſte rubē
vocet, q̄ ex tali viſione generat. Recte eo nato, mater eius
exclamauit: Vidit dn̄s huīlitatē meaꝫ, eo q̄ꝫ tūc veraciter
incipiat videre et videri, deū ꝯgnoſcere, et a deo ꝯgnoſci:
videre deū, ꝑ intuitū fortitudīs, videri a deo ꝑſpectū pieta-
tis. Primo filio nato, et paulatim creſcēte, ſcđus naſcit, q꞉
magnū timorē necc̄e ē, vt dolor ſequat. Quanto enī quis ve-
hemētꝰ metuit pęnam, quā meruit, tanto acerbiꝰ plangit
culpā, quaꝫ fecit. Sed ſcimꝰ, q꞉ quacūq̄ꝫ hora pctōr ꝯuerſꝰ
fuerit, et ingemuerit, ſaluus erit. ſcđm illud. Cor ꝯtritū et
humiliatū, deus nō deſpicies. Quid tibi videt. Nōne meri-
to talis filius, ſimeon, id eſt, exauditio vocatur. Qui enim
vere penitet, qui veraciter dolet, abſq̄ꝫ dubio, et abſq̄ꝫ mo:
ra, indulgentiam accipiet. Oratio, quę ex corde contrito et
humiliato profertur, citius exauditur. Humiliato ꝑ timo:
rem, contrito per dolorem. Per ruben humilatur, per ſime-
on conteritur, et in fletu compungitur. Sed beati qui lu:
gent, quoniam ipſi conſolabuntur. Sed quę quęſo conſola-
tio poteſt eſſe penitentibus vere, et lugentibus amare, niſi
vna ſpes venię. Hic eſt ille tercius, filiorum Jacob: qui id:
circo, leui, hoc eſt, additus, vel additio vocat: q꞉ duobus il-
lis prioribꝰ parꝰ datis, hęc ſupaddit, nō datū, ſʒ ſupadditū

ſpetiē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſermo diuin⁹ hunc filium nominat, ne ante timorem et con-
dignum pęnitentię/dolorem, quis de ſpe venię pręſumat.
Qui eñ poſt perpetrata ſcelera, ſine ſatiſfactōe ſibi de im-
punitate blanditur, nō tam ſpe erigit, q̄ pſumptōe elidit.
Et tali itaq; nomine, volunt nos ſcriptura diuina certos effi-
cere, hunc nos videlicet filium /nec ante duos illos priores
poſſe habere/nec poſt illos pręcedentes, hunc tercium poſ-
ſe deeſſe. Vere enim, et abſq; dubio, quanto quis frequen-
tius, quantoq; vehementi⁹, de ſuo reatu, interno dolore af-
ficitur, tanto certior, tanto ſecurior, de indulgentię venia
efficitur. Secundum multitudinem, inquit, dolor̄ meorum
in corde meo, conſolationes. t. l. a. m. Hinc nanq; eſt, qđ
ſpiritus ſanctus paraclitus, hoc eſt, cōſolator dicitur: quia
animam pęnitentię lacrimis afflictam, tam frequenter, q̄
libenter conſolatur. Jllam nanq; frequenter viſitat, illam
libenter confortat, et ad venię fiduciam plene reformat,
ſua ſcelera flendo damnare, et damnando flere conſide-
rat. Incipit extunc quędam familiaritas, inter deum et ani-
mam fieri, et amicitia confęderari, eo q̄ hęc ſe ſentiat ab
illo ſępius viſitari, et ex eius aduentu, non tantum iam con-
ſolari, imo aliquotiens, quodam ineffabili gaudio expleri.
Hanc amicitię confęderationem, ni fallor, lia pręſenſerat,
quando iam nato leui, cum magna exultatione proclama-
bat: Nunc copulabitur michi vir meus.

Verus animę ſponſus, deus eſt, Quem veraciter no-
bis copulamus, quando ei per verum amorem in-
heremus. Jmo vero, tunc ſibi nos ille connectat,
quando nos, quibuſdam internis commercijs, ad ſuum amo-
rem accendit, et artius aſtringit. Quod eſt enim cor tam
durum, tam ferreum, quod diuina pietas ſua pręſentia non
emolliat, et ſua dulcedine non alliciat. Vnde fit, vt quem
prius ɔſueuerat multū formidare, icipiat poſtremo ardēter
amare. Vides iā, vt arbitror, qđ queādmodū poſt creſcētē

quotidie timorem, neceſſario ſuboꝛt⁹ eſt doloꝛ, et ſic vtiq;
poſt ſpem natã, et p̄ quotidiana icremēta pꝛoficiētē, naſcit̄
amoꝛ. Hic itaq; ē ille filioꝝ Jacob, qui quarto loco naſcitur,
et Judas, id eſt, confitens, in ſcriptura nominat̄. Cui⁹ nomi-
nis, ſi rōnem querimus, citius inuenimus. Scim⁹ nāq; q̄ q̄ſ-
q; q̄d ap̄pbat, hoc amat, et quo plus amat, tanto amplius
ap̄pbat. Et quid eſt ap̄pbare, niſi laudare. Jlla vtiq; eſt ve-
ra laudatio, illa eſt pura confeſſio, que ex caſta dilectione
ſurgit, que ex magna āmiratione pꝛocedit. Vultis noſſe a-
pertius, que ſit vox exultationis et confeſſionis, quā nouit
Judas ſolus, vel cetis ōibus excellēti⁹. Attēdite nūc aīmo
aliquē nimiū amātem, et nimio amoꝛe feruentē. Attēdite q̄d
ſentiat, quid loquat̄ de eo quē multū amat, quē valde mi-
ratur. Quid ergo dicit? quid loquitur? O, inquit, q̄ bonus,
q̄ benignus, o q̄ ſuauis, q̄ dulcis, o q̄ amādus, quantum
amplectādus, quam totus ammirabilis, quam totus deſide-
rabilis. O beatum, quem amat, o felicem, quem ſuo amoꝛe
dignum iudicat. Me felicem, ſi eo frui liceat, me beatum, ſi
eum poſſidere contingat. Hec niſi falloꝛ, eſt illa vox exultati-
onis et confeſſionis, que ſemper ex oꝛe Jude reſonat, in au-
ribus diuine pietatis. Quid tu dicis lia? Quid tu pꝛocla-
mas, pꝛo iuda? Quid tu reddis domino? quid retribuis pꝛo
tali puero. Nunc inq̄t, confitebor dn̄o. Confitebor domino
nimis in oꝛe meo. Vere vtiq;, et abſq; dubio, non ſolum fre-
quenter, ſed etiam indeſinenter, domino confiteris, ſi eum
perfecte diligis. Benedicam, inquit, dominum in omni tem-
poꝛe, ſemp̄ laus eius in oꝛe meo. Semper quidem laudas,
ſi ſemper amas, et ſemper deſideras. Nam, non amares ſi
non appꝛobares. Quid eſt enim, vt dictum eſt, appꝛobare,
niſi laudare. Et ipſa laudatio, ipſa eſt confeſſio. Nec pu-
tes, quod ſufficiat Jude confiteri tantum coꝛde, niſi etiam
confiteatur et oꝛe. Cupit enim iudas et alijs cōmendare,
et ad eius amoꝛē accendere, quē oīm amoꝛe dignū iudicat,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et ab omnibus amari deſiderat. Hęc oīa dicta ſunt, de con-
feſſione laudis, ſed quid dicemus, de confeſſione criminis.
An forte Judas iſtā ignorat, q̄uis illā tam excellenter agno-
ſcat. Ego nō ſic exiſtimo: qꝛ et hanc et illā ad honorem dei
multum ꝑtinere ↄgnoſco. Et ſcio, quia qui veraciter diligit,
libenter facit, quicquid honori dei militare cognouerit.
Multum cōmendat bonitatem dei, nō ſolum largitas
ſua, ſed etiā iniq̄tas nr̄a. Si eīn magnum ē nil pro-
merentibus gratis impēdere multa, quale quantū-
ue erit, tribuere bona promerentib⁹ mala. O qualis pietas,
quā nulla nr̄a ſupare poteſt impietas. Alia ſunt quę miſeri-
corditer ignoſcit, alia quę affluenter tribuit. Ignoſcit ma-
la noſtra, largitur bona ſua, ſemp ꝑ̄ſto eſt ad ignoſcenduꝫ,
ſemp paratus ad largienduꝫ. Hic pius, illic largus, vtro-
biqꝫ benignus, vbiqꝫ bonus Confiteamur ergo illi mala no-
ſtra, confiteamur bona noſtra, cōfiteamur a nobis eſſe ma-
la noſtra, vt pie ignoſcat, confiteamur ab ip̄o eſſe bona no-
ſtra, vt conſeruet et augeat. Hęc Judas inceſſanter acti-
tat, ne ingratus appareat, vel de indulta venia, vel de con-
ceſſa gratia. Recte ergo, vt arbitror, hic filius Judas, id eſt,
confitens vocatur: quia verus amor ſemper confitetur. De-
niqꝫ, cum ſcriptum ſit, quia deus veritas eſt, deum nō ama-
re conuincitur, quiſquis veritatem confiteri erubeſcit. Ju-
ſtus, inquit ſcriptura, in initio accuſator eſt ſui. Habet er-
go quid agat, qui ſe credit vel cupit eſſe amatorem dei: ni-
ſi forte putet aliud eſſe amare deum, q̄ amare iuſticiam
dei. Ecce iam habemus, de quatuor primis filijs lię. Prim⁹
eſt timor pęne, ſecundus dolor penitentię, Tercius ſpes ve-
nię, Quartus amor iuſticię, et poſt hęc deſinit parere, ſuf-
ficere enim ſibi poſſe exiſtimat, cum ſe vera bona veraciter
amare dſiderat. Sed qd putas in corde rachel agitur, qui-
bus putas deſiderioꝝ ęſtibus agitatur, cū videat Liam ſo-
rorem ſuā, matrē filioꝝ lętātem, ſe autē ſterilē ꝑmanentem,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Audiamus quid dicat, et intelligamus quid doleat. Quid
ergo dicit Jacob viro ſuo: Da michi inquit liberos, alioquin
moriar. Abſqꝫ dubio, ſtudium ſapientię, ſi non proficit, citi-
us deficit. Sed queramus diligenter, quidnam eſſe poſſit,
quod nato Juda, Rachel ad amorem prolis ſolito amplius in
ardeſcit. Diximus ſuperius, quia, ſicut ad Liam, id eſt animi
affectionē, ꝑtinet diligere, ſic Rachelis, id eſt, rōnis eſt cog-
noſcere. Ex illa nanqꝫ oritur, quilibet affectus ordinatꝰ, ex
iſta, ſenſus ſeu intellectꝰ purus. Sed quid aliud ꝑ Judam
intelligimus, niſi amorem ordinatum, amorem celeſtium, a-
morem dei, amorem ſūmi boni. Nato itaqꝫ Juda, id eſt, bo-
noꝝ inuiſibilium deſiderio exurgente atqꝫ feruente, incipit
Rachel amore prolis ęſtuare: quia incipit velle cognoſcere,
vbi amor, ibi oculus. Libenter aſpicimus, quem multū dili-
gimus. Nulli dubium, quia qui potuit bona inuiſibilia dili-
gere, quin velit ſtatim cognoſcere, et ꝑ intelligentiam vide-
re: et quanto plus creſcit Judas, affectus videlicet diligen-
di, tanto amplius in rachel feruet deſiderium pariēdi, hoc
eſt, ſtudium cognoſcendi. Sed quis neſciat, quā ſit diffici-
le, imo q̄ꝫ pene impoſſibile, mentem carnalem, et adhuc i ſtu-
diis ſpiritalibus, ad inuiſibilium intelligentiam aſſurgere,
et in illis contēplationis oculū figere? Nulla quippe nouit
adhuc, niſi corporalia, nil aliud cogitanti occurrit, niſi quę
cogitare conſueuit, ſola viſibilia. Querit inuiſibilia videre,
et nil occurrit, niſi formę rerū viſibiliū, deſiderat intueri in-
corporea, et nil ſomniat, niſi imagines rerum corporalium.
Quid igitur faciat? quid agat? Nonne melius eſt, qualicun-
qꝫ modo illa cogitare, q̄ꝫ obliuioni vel negligentię tradere?
Imo, ſi bene amat mens, ea non facile obliuiſcitur, multo
tamen difficilius ad eoꝝ ꝯtemplationem ſubleuatur. Facit
tamē q̄ꝫ poteſt, intuetur ea quomō poteſt. Cogitat ꝑ ima-
ginationem, quia necdum videre valet, ꝑ intelligentię puri-
tatem. Hęc, vt arbitror, eſt cauſa, cur Rachel prius liberos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

habeat de ancilla, quam generet de ſeipa: quia dulce eſt ei,
ſaltem imaginando, eoꝝ memoriam retinere, quoꝝ intelligē-
tiam nondum valet ratiocinando apprehendere. Sicut em̄
per Rachel rationem, ſic ꝑ eius ancillam, intelligimꝰ ima gi-
natione. Suadet ergo ratio, cōmodius eſſe, qualicunqꝫ mo-
do, vera bona cogitare, et imaginaria quadā ſaltem pulchri-
tudine ad eoꝝ deſiderium, animū accendere, q̄ in falſis et
deceptorijs bonis cogitationē figere. Et hec eſt ratio, cur
Rachel voluerit ancillam ſuam viro ſuo tradere. Hanc eſſe
primam viam omni ingredienti/ ad inuiſibiliū cōtemplatio-
nem, nemo ignorat, niſi forte quā ad hanc ſcientiā necdum
experientia informat. Sed nec hoc ꝑtereundum, quomo-
do ſcripture diuine huic ſpeculatōi alludant, et humane
infirmitati cōdeſcendāt. Res em̄ inuiſibiles, ꝑ rerū viſibi-
lium formas deſcribunt, et earum memoriam, ꝑ quarundā
concupiſcibiliū ſpecierum pulcritudinē, mentibus nr̄is im-
primunt. Hinc eſt, qd̄ nunc terram lacte et melle manantem
promittunt, nunc flores, nunc odores nominant, nunc per
cantus hominū. nunc ꝑ concentus auium, celeſtium gaudioꝝ
armoniam deſignant. Legite apocalipſim Johannis, et inue-
nietis celeſtis ihr̄lm ornatum, ꝑ aurum et argentum, ꝑ mar-
garitas, et alias quaſlibet gēmas ꝓcioſas, multipliciter de-
ſcriptum. Et ſcimus quidem, quia hoꝝ omniū nichil ibi eſt,
vbi tamen nichil oīno deeſſe poteſt. Talium nanqꝫ nichil ibi
eſt ꝑ ſpeciem, vbi tamen totum eſt ꝑ ſimilitudinem. In his
oībus habet Bala, vnde domine ſue vtiliter deſeruiat: quā-
doquidem ei horum omnium memoriam, vbi et quando vo-
luerit, pro voto repreſentat. Hec em̄ ſtatim cum volumus,
imaginari poſſumus. Nunq̄ imaginatio ratiōi vtilior eſſe
poterit, q̄ cum ei in tali obſequio deſeruit. Sed vt de Ba-
le filijs, que dicenda ſūt proſequamur. Sciendū eſt, qd̄ yma-
ginatio alia beſtialis, alia rationalis. Beſtialis aūt, inter fi-
lios Jacob annumerari nō debet, nec talē aliquādo Rachel

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

adoptiuum ſibi filium facere vol et. Beſtialis itaq3 jmaginatio eſt, qn̄ p ea que pauloante vidimus vel fecim9, ſine vlla vtilitate, abſq3 omni deliberatione, huc illuc q3 vaga mente diſcurrimus. Hec vtiq3 beſtialis eſt, nam et hoc beſtia facere poteſt. Rōnalis aūt eſt illa, qn̄ ex his que p ſenſum corporeum nouimus, aliquid imaginabiliter fingim9. Verbi gratia. Aurum vidim9, domum vidimus, auream aūt domum nunq̄ vidimus. Auream tn̄ domū imaginari poſſum9, ſi volum9. Hoc vtiq3 beſtia facere nō poteſt, ſoli rōnabili creature hoc poſſibile eſt. Huiuſmodi imaginatione ſepe vtimur, cum que ſint future vite bona vel mala diligenti9 rimamur. Nuſq̄ hic ſola bona, nuſq̄ hic ſola mala, ſed pmixta ſimul, et bona et mala. Et q̄uis in vtroq3 genere ſint multa, nunq̄ tn̄ inueniūtur ſola. Ibi inueniri poſſunt, et bona ſine ammixtione malorum, et mala nichilominus ſine ammixtione bonorum. Item. hic, ſicut, nec ſola, ſic nec ſumma inuenimus. Ibi, et ſumma et impmixta bona et mala, eſſe nō dubitamus. Quotiens igitur, ex multis bonis et malis, que in hac vita ſenſus corporeus experitur, quale vel quātum ēē poſſit illud future vite ſummū bonum ſiue malum colligit, et ex hor imaginatione quedam futuror imago figurat. Talis itaq3 jmaginatio rationalis eſſe facile cōuincit, et ad Balam et ad rachel ptinere videtur. Ad Balam ptinet, inq̄tum jmaginatio eſt, ad rachel aūt, inq̄tum rationalis eſt. Talis itaq3 proles, et jmaginationis eſt, p natiuitatem, et rationis p adoptionem. Huiuſmodi em̄ prolem vna generat, ſed altera educat. Ex Bala nanq3 naſcitur, ſ3 p rachel moderat. Neminē cturbet, qd̄ et mr̄em et prolē, jmaginatōem appellē. S3 hoc volo eē, int̄ mr̄em et filiū, qd̄ ē inſtrumētū et actū, vel hoc ē, int̄ matrē et prolē, qd̄ ē, int̄ gen9 et ſpēm. Nā genus, adiūcta ſibi differētia, ex ſe ſpēm generat, queadmodū copula viri, feminā ad prolē fecūdat. Et ſepe, inſtrumentū et ei9 actum, vno noīe appellam9: nam illd̄ qd̄ videm9,

et illud quo videmus/viſum vocamus. Sic cū ratio vel vo-
lūtas, vel intellect⁹ noīatur, aliqñ inſtrumentū, aliqñ eius
actio intelligit. Et ſcim⁹ quidē, qꝫ inſtrumētuꝫ q̄ꝫ ei⁹ actio
ſemꝑ prius ē, et ſine ipo ēē nō pt. Habet ergo, ab inſtrum̄-
to actio eſſe, nō inſtrumentū ab actōne. Vñ nec incōueniēs
ē, ꝑ inſtrumentū/mrem, ꝑ actōꝫ aūt/filiū ei⁹ itelligere. Ima-
ginatio ergo, qñ inſtrumentū ſignificat, ē vis illi aīe, qꝫ cū
voluerit q̄dlibꝫ imaginari valet. Hoc iſtrumēto, cū ad aliq̄
q̄d imaginand̄ mens vtit̄, actio proculdubio q̄dam efficit̄,
q̄ ſimiliter ymaginatio noīatur. Hec volui breuit̄ cōmemo-
rare, ſed ī his imorari diuti⁹, nō eſt nc̄ce: ſed nunc ad pro-
ſecutionis ordinem reuertamur.

Diximus, qꝫ ſola rōnalis ymaginatio ad rachel ptinere
videat̄, et q̄ rationalis nō eſt, ei⁹ adoptione pror-
ſus indigna iudicat̄. Sꝫ rōnal̄ ymaginatio, alia ē ꝑ rōneꝫ diſ-
poſita, alia itelligētie ꝑmixta. Illa vtimur, qñ ſcd̄m viſibi-
liū rex ꝯgnitā ſpēm, viſibile aliud aliq̄d mēte diſponimus,
nec tñ ex eo viſibile aliq̄d cogitam⁹. Iſta v̄o vtimur, qñ ꝑ
viſibiliū rex ſpēm, ad inuiſibiliū ꝯgnitōeꝫ aſcēdere nitimur.
In illa, ē ymaginatio, nō ſine rōne, in iſta, itelligētia nō abſ-
qꝫ imaginatōe. Iſti ſunt duo filij Bale, quox primogenitus
dan, dr̄, poſterior neptalim noīatur. Ad dan itaqꝫ, ſpēaliter
ptinet ꝯſideratio futurox malox, ad neptalī aūt ſpecula-
tio futurox bonox. Dan, nihil nouit niſi corpalia, ſꝫ ea tñ
rimatur, que longe ſunt a ſenſu corporeo remota. Nepta-
lim, per rerum viſibilium formam, ſurgit ad rerum inuiſi-
bilium intelligētiam. Infernalia tormēta, longe a ſenſu cor-
poreo remota, nō dubitam⁹: qꝫ vbi vel q̄lia ſint, videre non
poſſumus, ſꝫ tñ hec, quotiens volum⁹, ꝑ miſteriū dan, pre
oculis cordis habem⁹. Nemo fideliū, cū infernū, flāmā, ge-
hēnā, tenebras exteriores, ī ſcripturis ſctīs legit, hec figura-
lit̄ dicta credit, ſꝫ iſta veracit̄ et corpalit̄ alicubi ēē, nō diſ-
fidit. Vñ fit mirū, vt q̄uis q̄ſpiā hec añ oculos cordis, ꝑ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

imaginatõez ponat, nõ ſtatim eoꝝ ſignificationem, ꝑ ſpũalem
intelligẽtiã q̄rat: q̄ꝛ hec nõ taꝫ figuralit̃, qꝫ hiſtorialit̃ dicta,
nõ dubitet. Recte ergo, hoꝝ ↄſideratõꝫ, ad dan ſpũalit̃ ꝑ-
tinere, iã diximꝰ, vbi ſola imaginatõe opus habemꝰ, q̄uis
eam ĩ tali negotio, nõ ſine rõis diſpoſitõe tractemꝰ: ſꝫ cum
terrã lacte et melle manãtẽ: celeſtis ih̄rl̃m, muros ex lapi-
dibꝰ p̄cioſis, portas ex margaritis, plateas ex auro legerit,
quis ſani ſenſus hõ, hec iuxta lr̃am accipe velit? Vñ ſtatim
ad ſpũalẽ intelligẽtiã recurrit, et q̄d ibi myſticũ ↄtineat̃ in-
q̄rit. Videſne, q̃uo hec talis futuroꝝ deſcr̃ptio, ad neptali tã-
tum ꝑtinere videat̃, vbi ſine ĩtelligẽtia, ſola imaginatio ſuf-
ficere ñ poſſe, minime ignorat̃. Recte ergo dictũ ẽ, qꝫ ad dan
ſp̃ealit̃ ꝑtineat ↄſideratio futuroꝝ maloꝝ: ad neptali autẽ,
maxĩe ſpeculatõ futuroꝝ bonoꝝ. Multa tñ, et q̄ de tormentis
maloꝝ ſcripta ſũt, myſtice accipiẽda: et multa ſũt de future
vite bonis, q̄uis corꝑalia deſcribãtur, ſimplicit̃ ĩtelligẽda.
Illd̃ aũt ĩtelligẽd̃ ẽ, imo nec hoc ignorari p̄t, q̄ꝛ illa ↄſidera-
tio meditãti facilꝰ occurrit, q̄ ĩ ſola imaginatõe ↄſiſtit. Nã
illa, q̄ cũ ſola ĩtelligẽtia ꝑmiſcet̃, q̄to ſubtilior, tãto difficu-
lꝰ iuenit̃. Vñ ẽ, qꝫ dan prior, neptali v̓o poſterior naſcitur.
Hoc aũt, ĩ hac gemĩa ↄſideratõe, valde notabile, qꝫ dan ſim
p̄ñtium reꝝ imaginatõꝫ, verã repñtat reꝝ futuraꝝ imagĩa-
tõꝫ fictã, neptali v̓o, ſepe ꝑ deſcripte rei imagĩatõꝫ fictã, ſur-
git ad intelligentiã verã. Neqꝫ enim licet, de futuris et in-
uiſibilibꝰ bonis, ꝑ ſpiritualẽ ĩtelligentiã, aliquid falſũ fin-
gere, q̄uis abſqꝫ culpa ſit, tormẽta maloꝝ, multo aliter quã
ſũt, ꝑ imaginatõez ↄnere. Quis em̃, ea oĩno prout ſunt, in
hac vita ↄtẽplari ſufficiat? Sꝫ q̄ſqꝫ ea, pro arbitrio mentis
nõ q̄lia ſũt, ſꝫ q̄lia fingere nouit, figurãdo deſc̃bit. Vñ for-
taſſis, hic talis filiꝰ dan. i. iudiciũ vocat̃, q̄ꝛ in tali repreſẽ-
tatiõe, ñ expientie documẽtũ, ſꝫ ſue diſc̃tiõis ſequit̃ arbitriũ.
Nã, qm̃ dan futuraꝝ reꝝ ꝛ̃ntatõꝫ ĩ cuiꝰqꝫ mẽte, ex ꝓprio iudi-
cio format, recte q̄s, vt arbitror, artificẽ taliũ, dan. i. iudiciũ

vocat. Eſt tñ huiꝰ nōis alia rō, q̄ forte q̄nto ſubtilioꝛ, tāto
etiā inuenit̄ vtilioꝛ. Sācti etenī viri, quotiēs ſe ſentiunt tur-
pibus cogitatōibꝰ pulſari, et ad illicitā delectatōꝫ icitari,
totiēs ſolēt, i ipo etiā tēptatōis aditu, futura toꝛmēta ante
mētis oclos ponere, et ex tali ꝯſideratōe, q̄cq̄d mēs illicitū
ſuggerit, an turpē delectatōꝫ extinguere. Hoc igit̄ mō, i ſe
ſtatim, p ꝯſideratōꝫ pene vlciſcunt̄, et damnāt blandimēta
culpe: qꝛ ergo p officiū dan, illicitas cogitatōes dephēdi-
mus, arguimꝰ, damnamꝰ, caſtigamꝰ, recte eū, dan. i. iudi-
ciū vocamꝰ. Sꝫ q̄d hoc, de turpibꝰ tm̄ cogitatōibꝰ loq̄mur,
q̄nquidē vanas et iutiles, pfecti viri nō leuit̄ abhoīant, ꝓpt̄
illud qđ ſcriptū ē: ve q̄ cogitatis iutile. Et illđ, ſpūs ſctūs
diſciplie effugiet fictū, et aufert ſe a cogitatōibꝰ q̄ ſunt ſine
itellectu: q̄d ergo, q̄ſo, fiet de his, q̄ ſentimꝰ nō ſine quodāꝫ
illicito affectu, q̄n ſpūs ſanctus aufert ſe ab his etiā q̄ ſūt
ſine itellectu. Sepe fit, vt i orōne ꝯſtituti, q̄ſi dā cogitationū
fantaſias, cū iportuitate ſe magna igerētes coꝛdi, toleremꝰ,
Sꝫ nunq̄d eas ſine nr̄a rephēſiōe, negligere debemꝰ? Nōne
magis eas opoꝛtet acriter arguere, et vt dictuꝫ ē, p rephēſi-
oneꝫ pene repꝛimere, irritatōꝫ culpe, et cogitatōes cogita-
tōibus caſtigare, vñ ſcriptuꝫ ē: Dan iudicabit pplm̄ ſuū, ſic̄
alia tribꝰ in iſrl̄. Ad filios q̄ppe zelphe ptinet diſciplīa opm:
ad filios lie diſpoſitio voluntatū: Ad filios rachel ſnīa aſ-
ſertionū: ad filios vo Bale modatio cogitatōnū: q̄libꝫ ergo
ꝯgnatio, q̄ſi i ſua tribu iudicat̄: q̄n oīe erratū p ſuū ſil̄e coꝛ-
rigitur: q̄n volūtas voluntate emēdatur: q̄n opus ope ca-
ſtigatur, aſſertio aſſertōe coꝛrigit̄. Quotiens ergo falſum
aliq̄d ſentimꝰ, quotiēs iiuſtū aliq̄d volumꝰ, quotiēs inoꝛdi-
natū aliq̄d agimꝰ, ſtatī nos rephenſibiles eē mīme ignoꝛa-
mus: ſed nunquid eque omnes rephenſione dignos ſe eſſe
iudicāt, quando aliq̄d inutile vel inoꝛdinatū cogitant.

Multoꝝ ē ſeipos rephendē, de pverſo ope, vl̄ praua
volūtate. pauci ſūt, q̄ ſeipos diiudicēt, de ioꝛdīata

cogitatione. Sꝫ qꝛ pfecti viri hoc faciūt, et facere eos opor-
tet/ qui pfecti eē volūt. Jccirco Jacob p̄dicit vel p̄cipit, dicēs:
Dan iudicabit pplm ſuū, ſicut alia trib9 in iſrł. Si em̄ dan
pplꝫ ſuū diſtricte cuſtodiat, ſi iudiciū ſuū diligent̄ exerceat,
ſi et vt ī ceteris tribub9, raro īueniat, qꝫ iure damnari de-
beat, iudicabit pplm ſuū, ſicut alia trib9 in iſrł. Oēs etem̄,
q̄ ſtatim ī ip̄a ſuggeſtiōe p̄cidit illecebroſā cogitatōꝫ, nō fa-
cile prauam delectatōꝫ, ſicut et culpā, q̄ cohibet añ prauū
ꝯſenſuꝫ, nūq̄ trāſit ī actū. Debꝫ ergo dan p̄ ceťis, vigil et di-
ſtrict9 ī iudicio eē, vt detur aliis ex maiori pte, abſqꝫ lite, et
diſceptatōe viuere. Sēp īueniet dan ī ſua tribu, qđ exami-
nare debeat, qđ iuſte rephēdat, q̄uis ī aliis poſſit fieri, vt
aliqñ aliq̄ eaꝝ ſine culpa valeat īueniri. Aliaꝝ nanqꝫ culpa
eſt ī volūtate, hui9 aūt exordiatō ſepe ē in neceſitate. Nūq̄
em̄ malū approbo, nūq̄ malo ꝯſentio, nunq̄ malū pficio, niſi
ipſe voluero, malū aūt p cogitatōꝫ occurrere etiā pt inuito.
Sꝫ ad dan ptinet, exurgēs malū ſtatim, cū p cogitatōꝫ pul-
ſat, ī iudiciū adducere, diligēter diſcutere, dep̄henſuꝫ dam-
nare: et deceptoriā cogitatōꝫ, ex alia ꝯſideratōe pcutere, et
tēptantia mala, ex tormētoꝝ recordatōe extinguere. Vides iā,
vt arbitror, q̄ recte hic fili9 dan. i. iudiciū vocet, de quo ſo-
lo dubitat, vtrū nā pplm ſuū iudicare habeat: cū ſol9 ſi fie-
ri poſſit, ne ceteri habeāt qđ iudicēt, nō ſolū aſſidue, ſed et
diſtricte iudicare debeat. Sꝫ ſicut ad officiū dan ſpectat,
p repſentatōꝫ pene reprimere exurgentia vicia: ſic ad nepta-
lim ptinet, p ꝯſideratōꝫ p̄mioꝝ, inflāmare deſideria bona.
Mirabiliter em̄ aīm nrm̄, neptali, ad eoꝝ deſideriū accēdit,
quotiēs eternoꝝ bonoꝝ imaginē, añ mentis oculos adducit:
qđ tñ duob9 modis facere ꝯſueuit. Vtiť nanqꝫ aliqñ tranſ-
latōe, aliqñ aūt operatione. Compatōe, qñ ex p̄ntium bonoꝝ
multitudie, vł magnitudie, colligit illa future vite gaudia,
quot vel q̄nta eē poſſunt. verbi grā. Inſpecta ſepe ſolis cla-
ritate, corporeo videlicꝫ lumē, cōſiderat, q̄nta futura erit lux

illa ſpiritualis, ſi tanta, tamqʒ mirabilis ē lux iſta corꝑalis.
Quāta nāqʒ putas, erit lux illa, q̄ erit cōis cū angelis, ſi tā-
ta ē iſta, quā hēm⁹ cōmunē cū beſtijs: q̄lis erit lux futa be-
atoꝝ, ſi talis ē pn̄s lux iſta miſeroꝝ. Itē multiplicitatē bo-
noꝝ īuiſibiliū, cōicit ex multitudīe bonoꝝ viſibiliū. Quot
dit, qualium ſermo, teſte apoſtolo, vt cancer ſerpit. Hic eſt
em̄ ille laqueus venatorum, et quaſi qđdam rete ſpirituum
malignorum, animas ſimplices venantium: lingua videlicet
adulantium, lingua detrahentium, ſeminantium inter fra-
tres diſcordias, concitantium iras/rixas. Pertingit ergo
zabulon vſqꝫ ad ſidonem, quotiens preuenit inſidiatorum
doloſam machinationem, ſiue malignorum ſpirituum, ſiue
perfidorum hominum. Scimus enim fieri huiuſmodi vena-
tionem animarum, aliquando, per occultaꝫ ſuggeſtionem de-
monum, aliquando, per apertam perſuaſionem hominum.
Verumtamen nouit vtranqꝫ zabulon caute deprehendere,
et incautis detegere. Figit ergo fortitudinis ſue habitacu-
lum e regione maris, in confinio ſidonis, vt hinc, vigilet con-
tra ſeuitiam perſequentium, illinc, contra fraudulentiam in-
ſidiantium. et impleatur, quod de eo ſcriptum legitur: zabu-
lon in litore maris habitabit, in ſtatione nauium pertingēs
vſqꝫ ad ſidonem. Cogitet qui poteſt, qualis ſit hic filius,
quanta ſit eius virtus, cuius officio, quiſqꝫ, non ſolum ſeip-
ſum contra vitia munit, ſed etiam alios a peccati laqueis
eripe contendit, et quoꝝ nō poteſt malitiam in melius mu-
tare, nititur ſaltē reſiſtēdo reprimere. Neſcio, ſi p̄t hō aliqđ
a deo ī hac vita maius accipe. Ignoro an poſſit hac gr̄a inte-
rim maiorē aliquā d̄s hōi oferre, q̄ vt eiꝰ miſterio puerſi
hoīes ī meliꝰ mutēt, vt de filijs diaboli filij d̄i efficiātur.
An forte cuiꝰq̄ magꝰ videbit mortuos ſuſcitare, ergo ne maiꝰ
erit r̄ſuſcitare carnē itm̄ moriturā, q̄ aīaꝫ ī eťnū victaꝫ, ergo
ne maiꝰ erit, carnē reuocare ad gaudia mūdi, q̄ aīe reſtituē
gaudia celi, ergo ne maiꝰ erit reſtituere carni bona ēnſeūtia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iterum peritura, q̄ animę reddere bona ęterna in ęternum manſura. O qualis dos, quanta dignitas, talem gratiam a deo accipere: non debuit dei ſponſa ſponſo ſuo dotem ali-am accipere; non decuit celeſtem ſponſum / ſponſę ſuę dotē aliam donare, quam, vt per adoptionis gratiam poſſit mul-tos deo filios gignere, et de filijs irę, filijſq; gehennę reg-ni celeſtis heredes aſcribere. Merito ergo zabulon nato, exclamat mater eius Lia: Ditauit me deus dote bona. Vi-desne, quale quantumue ſit celum iuſticię veraciter poſſi-dere, et vitiorum odium ex corde gerere in veritate exerce-re. Qui talem filium genuit, cum ꝓpheta fiducialiter pſal-lit: Omnem viam iniquam odio habui. Sed nunquid, poſt has ſex virtutum ſoboles, ſaltem dabitur cuiuis ſine pecca-to viuere, vt ſaltem poſt vitiorum odium, poſſit ſine vitio eſ-ſe? Quis hoc pręſumat? Quis in hac vita vel ſperare au-deat? cum apoſtolus dicat: ſi diximus, peccatum non ha-bemus, nos ipos ſeducimus, et veritas ī nobis nō ē. Quis eſt, vt de ceteris taceam, qui ipſa ſaltem peccata ignorantię, poſſit in hac vita plene deſerere, perfecte deuitare? Nun-quid vel ipſi, qui aliorum culpas corripiūt, ſe ab omni pec-cati contagio penitus exuūnt? Imo eos ſepe, per quos de-us aliorum errata corrigere diſponit, ex magnę pietatis di-ſpenſatione, grauiter cadere permittit, vt ex propria culpa diſcant, q̄ miſericordes in aliorum correptione eſſe debe-ant. Sed quantum putas erubeſcunt, cum quali ſe humili-tate deiciunt, cum ſe in id vnde alios corripiunt, vel forte in aliquod grauius lapſos conſpiciunt, qui alijs in ſtatu re-ctitudinis formam prębere debuerunt. Quis putas digne penſare ſufficiat, quanta confuſio corda eorum transfigat, cum in ſua vita videant, quod iure valeat ab ipſis etiam re-prehendi / quos pro culpa eorum reminiſcuntur a ſe ſepe et acerbius corripi, et durius caſtigari? Hinc eſt, quod poſt zabulon, naſcitur dina, quia nimirum ſepe zelū, intuemente

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

culpa, ſequitur verecundia. Nihil enim aliud intelligimus, per dīnam, niſi verecundiam/ſed ordinataꝫ, ſolū peccatum erubeſcere/eſt bonam/eſt ordinatam verecundiā habere. Sed qui zabulon, nōdum gignere meruit, fruſtra dīnam ſe poſſe gignere credit. Diſce prius peccatum odiſſe, et tunc illud incipies veraciter erubeſcere. Si veraciter odis, citiꝰ illud erubeſcis. Ille pudor verus eſſe cognoſcitur, quē vitiorū odium precedit et comitatur. Alioquin, ſi in peccato deprehenderis, et deprehenſus furore confunderis, nō te credo erubeſcere culpam, ſed infamiam. Non enī deſcēdit verecundia talis/tam de ipo peccato/ꝗ̄ de fame detrimento. Non eſt ergo vnde glorieris, quaſi dinam genueris. Habent vtiqꝫ homines, etiam peruerſi, verecundiam, ſed vtinam bonam, vtinam ordinatam. Nam, vtique, ſi bonam haberent, peruerſi forſitan non eſſent. Peccatum etenim, ſi perfecte erubeſcerent, non tam facile cōmitterent. Qualis pudor eſt, erubeſcere paupertatem, erubeſcere humilitatē? Illud non pudet eos erubeſcere, ad quod docendum, non puduit celeſtem magiſtrum de celo deſcendere. Diſcite a me, inquit, quia mitis ſum, et humilis corde. At iſti e contra, magis abhominantes, ꝗ̄ ſectātes humilitatē, multo amplius erubeſcunt, habere ſordidam veſtē, ꝗ̄ ſordidā mentē.

Quam multi hodie ſunt, quos magis pudet, in oratione feciſſe barbariſmum, contra regulam priſciani, quā protuliſſe mendacium in ſuo ſermone, cōtra regulam xpi. Sed quid hec de iſtis loquimur, ꝗ ſepe ſua etiam crimina iactant: quandoquidem illi etiam, qui ſpiritales videntur, hunc pudorem haud facile ſuperant. Sepe dum in predicationis officio, proximorum vtilitati deſeruiunt, dū forte contra ſuperbiam diſputant, contingit eos ſepe ſuperbire: vnde conſtat, eos contra ſuperbiam ſubtiliter diſſerere. Et ſi forte int̄ loquēd', q̄d fieri ſolꝫ, breuē accētū producerēt, mag̃ eos fortaſſiꝰ pudet, d̄ vitio ordis, ꝗ̄ d̄ vitio elatōis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Crede michi, non eſt credendū, hanc eſſe illam verecundiaꝫ,
quam intelligere debemꝰ ꝑ dinam. Vultis adhuc melius
noſſe, q̄ ſit rarū, humanā verecūdiā ꝑfecte calcaſſe, et hāc
verā et ordinataꝫ habere, qđ eſt dinam genuiſſe. Ecce, de
carnalibus omitto, cum ſpālibus tantū, interim ſit michi
ſermo. Ecce, quiſquis es, qui te credis iam dinam genuiſſe, ſi co-
gereris, coram multitudine nudo corpore trāſire, nūquid
poſſes nō erubeſcere? Cogita ergo, ſi tantū ↄfūderis, quā-
do immunda cogitatione in mente ſordidaris. Cur te iactes
amplius, dinam genuiſſe, et ordinatam verecundiam habe-
re, ſi minus erubeſcis pudenda cordis, q̄ corporis, ſi magis
vereris vultum hominū, q̄ conſpectum angelorum. Siccine
magis eſt erubeſcendum, quod deus fecit bene, q̄ quod tu
male feciſti. Certe illas etiā corporis partes, quas pudēda
vocamus, deus fecit: pudenda aūt cordis, nōniſi tu feciſti.
Diligenter ergo conſideranti, recteqꝫ diſcernēti, q̄ ſit rarū,
vel q̄ ſit paucoꝝ, humanam verecundiam plene viciſſe, et
ſolam illam, que ordinata eſt poſſidere, nō erit, vt arbitror,
vnde amplius quis ammirari debeat, cur talem prolem, tā
ſero Lia concipiat, et pariat. Sed ne de nominis ratione ta-
cite preteriſſe videamur, dina, judicium interpretatur, hoc
itaqꝫ eſt, illud judicium, quo quiſqꝫ a ꝓpria conſciētia ↄueni-
tur, conuincitur, cōdemnatur, et digna ↄfuſionis pena mulc-
tatur. Si enim ſibi conſcius non eſſet, non eſſet vtiqꝫ, vnde
iure erubeſcere deberet. Et ↄfuſio quidem, ſi nulla pena eſ-
ſet, non eſſet vnde eam quiſq̄ tam deteſtari, vel tantū de-
uitare debuiſſet. Miro itaqꝫ modo, mens cuiuſqꝫ de ꝓpria
conſciā conuicta, et ↄdigna ↄfuſione deiecta, vno eodēqꝫ
tpe, ipa ↄtra ſeipaꝫ dictat ſnīaꝫ, ipa de ſeipa ſumit vindictā.
Hoc itaqꝫ eſt illud iudicium, in quo vnus idemqꝫ ille, qui iu-
dicat, et ille qui iudicatur, idemipe qui condemnat, et qui
ↄdemnatur, vnus idemqꝫ puniēs et qui punit. Nō ergo ſine
cā fuit, qđ hoc tale iudiciū ſcriptura ſac, nō ſine demōſtratōe

nominare voluit. Iſtud em̄ demonſtratōꝫ ſemꝑ ſignificat.
Et quid aliud, hec adiectio, ꝙ animum audientis, in ammi-
rationem excitat? Vere iudicium mirabile, dignūq; ammi-
ratione, digneq; pronunciandū cum demonſtratione, i quo
q̊dem iuditio, quanto quiſq; ſeip̄m ardentius diligit, tanto
in ſeip̄m acrius ſeuit, et quo ſibi parci vehementiꝰ cupit,
tanto minus ip̄e ſibi parcit: quia quo amplius ſuā ɔfuſionē
formidat, eo acrebius ſua quenq; ɔfuſio vexat. Sꝫ hoc for-
taſſis cuiq̄ mirandum videtur, ſi hec inter alias virtutes
digne annumeratur, cur ꝑ femineū, et nō potiuſq̄ ꝑ virilē
ſexum exprimitur. Sꝫ ſciamꝰ omēs, q̄ i femis q̄ i viris, q̄uis
ſit forma pulchritudis maior, eſt tn̄ ad opa virtutū ɔſtātia
fortitudis minor. Quis neſciat, verecūdia q̄libet honeſta,
cordō robur q̄tū emolliat, et ꝙ ſepe fortia opa ꝑpediat, dū
animꝰ hoīs vltra modū ɔfūdi deuitat. Eſt itaq; dina, n̄ vir
ſꝫ feīa, nō filiꝰ ſꝫ filia. Et forte n̄ ſine cauſa fuit, ꝙ pꝰ natū
zabulon, deꝰ lie, nō filiū, ſꝫ filiā dare decreuit, q̄ fr̄is auda-
tiā blāde mitigaret, et furētis aīos blāditijs deliniret. Hꝫ
em̄, vt ex p̄dictis apparꝫ, zabulō / īpetꝰ vaſtos, et igētes ge-
rit aīos, ſꝫ ſciūt, vt oīs nouimꝰ, feīe / q̄ viri, tumētes aīmos
blāditijs alloq̄, et iratis dulciꝰ blādiri. Valde ergo oppor-
tunū videt, qd̄ poſt zabulō dina naſcit, vt ex ſororis lenita-
te fr̄is ferocitas tēpet. Multū eī ꝑ oīez mod zelātis aī im-
petū tēpat, cū i ſeipo iuenit, q̄s vn̄ erubeſcat. Hec vtiq; ē rō,
ni fallor, cur pꝰ zabulō, dina naſcit, vt eiꝰ modeſtia fr̄is īpe-
tus temperetur. Sed quia dina nil virile, nil magnificū moli-
tur, tribum in populo iſrl' facere nō meretur. Imo etiā ſepe,
vt dictū eſt, dum plus iuſto ɔfundi metuit, ad fortia et viri-
lia, nō ſolum nō conualeſcit, ſed ea etiā ꝑpedire conſueuit.
Sꝫ q̄uis pauida ſit, vtpote femīa, ad opa fortitudis, iueni-
tur tn̄ prouida et circūſpecta, ad cuſtodiam honeſtatis: et
q̄uis neſciat placere ꝑ fortitudinē, nouit placere ꝑ forme
pulchritudinē. Eſt em̄ dina āmirande pulchritudis, et forme

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſingularis, et que intuentiũ oclos in ſui ammiratõne facile trahat, et ammirantium animos cito ſua dilectione alliciat. Quis em̃ ignorat, quõ modeſtia verecũdie hoĩes omnibus et cõmẽdabiles reddat, et amabiles efficiat. vñ nanqꝫ ẽ, qđ verecũdos hoĩes, vere ſemꝑ ceteris cariꝰ amplectimur, niſi qđ in eis, dum verecũdie modeſtiã, modeſtieqꝫ grãm miramur, dine quodãmodo pulcritudĩe allicimur, et pulcritudinis ſue magnitudĩe, in eiꝰ amorẽ captiuamur. O q̃ ſingularis huiꝰ dine pulcritudo, q̃ celebris huiꝰ dilectio, cuiꝰ pulcritudinẽ pene nemo nõ miratꝛ, cuiꝰ dilectione pene nemo nõ delectatꝛ. Huiꝰ rei ſichẽ ille, filius emor, teſtis fit: q̃ ei tã ardẽti amore inheſit, vt mallet oĩes mares ſuos abſqꝫ mora circumcidere, quam illam nõ habere. O q̃ multi vſqꝫ hodie ſunt, qui qđ pro deo facere noluerunt, ſepe pro amore dine efficere nõ differunt, et pudendoꝝ ſuꝑflua, q̃ pro deo amputare debuerãt, orta cõfuſiõis occaſiõe, pro euitãdo verecũdie detrimẽto, amputare nõ tardãt: et malũt, ĩ amputãdis vite ſue ſuꝑfluis, circũciſiõis moleſtiã ſubire, q̃ ĩpudẽtes videri, et ſine verecũdia eſſe. Sꝫ q̃s ẽ ſichem, vel q̃s pr eiꝰ? vel qđ ſibi volũt huiõi noĩa? ſichẽ, q̃ ĩterp̃tatꝛ humerꝰ vl labor, et emor, qđ ſonat aſinꝰ. Sꝫ ſi coꝝ facta cõſulimꝰ, qui ſint, citiꝰ ĩuenimꝰ. Qui em̃ ſunt, q̃ ſolẽt, nõ tam pro deo, q̃ pro dina, nõ tam pro cõſcĩa, q̃ pro verecũdia, pudẽda ſua circũcidere, q̃ ĩnq̃, alij erũt, q̃ amor ꝓprie excellentie, amor vane glorie. Talꝰ filiꝰ de tali p̃re, đ amore ꝓprie excellẽtie, amor vane glie. Attẽde nũc ergo hũc emor, q̃ ſit ſtultus, et ĩuenies, q̃ recte nũcupetur, aſinꝰ. videamꝰ ergo, vñ extollitꝛ, vñ glorietur. Si de eo, qđ nõ habet, ſed habere ſe credit, hac que ſo ſtulticia / q̃d ſtultius excogitari poterit? Si autẽ habet, audiat q̃d ei aplus dicat: Quid habes quod nõ accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis. Et quidem accepiſſe, non accipientis, ſed veraciter ẽ gr̃ias dantis. Quid em̃ habꝫ hõ ꝓpriũ, niſi pc̃tm̃? et q̃le erit glari

de malo proprio, ſiue de bono alieno? Talis vtiq; gloria-
tor, q̄ vere eſt ſtultus, tam recte appellatur et aſin9. Sed
et qd ſichem, humerus vel labor d̄r, ad idē ptinere videt.
humer9 em̄ onera portam9, et hoc agēdo vtiq; laboram9.
Suppōit itaq; ſichem hūmerū ſuum ad portandum, et li-
benter deſudat, ſed ad ſolū nomē ſibi faciendū. Recolam9
mō, qd de yſachar legim9: Yſachar, inq̄t, aſinus fortis, vidit
requiē q̄ eſſet bona, et terrā q̄ eſſet optima, et ſuppoīt hu-
merum ſuū ad portandū. Ibi yſachar aſinum ſe reputat, et
humerum ſuū ad portandū inclinat. Hic em̄o, aſinus dici-
tur, et ſichem laborioſum humerū hr̄e demōſtrat. Videtis
q̄ q̄cq̄d agit pro leticia va, totū exercet pro leticia vana.
Yſachar laborat pro requie / quā vidit, ſichē pro laudis va-
nitate / quā ꝯcupiſcit. Recte tn̄, n̄ laborioſ9, ſ; labor appellat,
q̄ p ſuum laborē / ad verā requiem nō pducitur. Quā autē
recte labor, dicatur, teſtat labor ipocritaꝝ / qui tm̄ laborāt
pro adipiſcendo vano fauore hoīm. Hic itaq; ē ille ſichem,
qui egredienti dīne occurrit, oppreſſamq; corrupit. Inte-
gritatem ergo, quā intus fortaſſis ꝯſeruare potuit, egreſ-
ſa amittit. Nam, quoniā verecūdie venuſtas ab oībus fere
ꝯmendat, laudatur, amatur, dīnam egredientē, et intima
ſua deſerentem, et que eam humiliare conſueuerat, infirmi-
tatis memoriam cito obliuiſcentem, ſubito hoīm laudes ex-
cipiunt, et eam dum fauorib9 demulcēt, corrūpunt. Dū em̄
in oblata laude delectat, quid aliud, q̄ p ſichem, amorē. vi-
delicet. vane glorie corrūpitur? Verūtamē tūc dīna corrup-
tionis ſue damna, violentia quadā potius, q̄ volūtate, patit,
cum blandienti praue delectationi, quantum poteſt relucta-
tur. Totiens em̄ ſichem, quaſi nolentem opprimit, quotiēs
mentem corruptionis ſue confuſionem erubeſcentem, et id-
circo fortiter reluctantem, etiam inuitam, vſq; ad turpem
delectatōē trahit. Sz q̄d putas cauſe accidit, q̄ eā ſua intima
deſerē et ad extiora vagari ꝯpulit, niſi q̄ ſepe, dū īfirma nr̄a

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nimis erubeſcamus, ne forte alij eaſdē infirmitates in ſe ſen-
tiant, mirari incipimus: et videtur nobis, q̄ddam ſolatij ge-
nus inueniſſe, ſi dep̄hendamus nos ī noſtra ſaltem deiectio-
ne vel ſocios habere. Inde fit, vt incipiamus alioꝝ ſtudia
curioſius querere: nunc vultum/ nunc geſtum, totiuſqꝫ cor-
poris habitum frequenter circumſpicere, eoꝝ occulta alio-
rum ex relatu libenter addiſcere. Dum igitur dina in alijs
animaꝝ ſtatum, ex ſignis exterioribꝰ dep̄hendere nititur,
quid aliud, q̄ ſua deſerens, ad videndas mulieres, foras
egreditur, foraſqꝫ vagatur. Dum ergo dina milieꝝ formas
curioſe circumſpicit, alias multum, alias minus pulchras in-
mirum īuenit. Et dū ſecū tacita ſępe comparat, q̄ multas
pulchritudinis ſuę magnitudine longe antecedat, quid mi-
rum, ſi appetitus eam vanę glorię vehementiꝰ pulſat. Cuiꝰ
impetum, dum reſiſtendo repellē nō ſufficit, quid aliud q̄
viribus ſibi hē victa ſuccūbit. Notandum ſane, quod vno eo-
demqꝫ tempe/ et dina corrumpitur, et eius in ſuis pecoribꝰ
paſcendis fratres occupantur. Mens etenī, quę charitate cę-
teriſqꝫ virtutibus pollet, ſicut de ſuis malis dolere, ſic et
de proximoꝝ bonis, gaudere ſolet. Dum igitur, proximoꝝ
vitam luſtrando, eoꝝ bona ↄſiderat, ſuaqꝫ cum illoꝝ bonis
compat, ſicut nō poteſt ſuis ſępe fauoribus non fauere, ſic
et de alioꝝ etiam bonis congratulari erit neceſſe: mens vti-
qꝫ pia, dum alioꝝ profectum/ alioꝝ defectū/ hoꝝ infirmita-
tem, illoꝝ profectionē diligentiꝰ intuetur, varijs inmirum,
nunc his, nunc illis, viciſſim affectibus tangitur. Incipit er-
go, pro alijs timere, pro alijs dolere, de his bona, de alijs
meliora ſperare. Videt in alijs, quę diligat, pro quibus et
gaudeat, inuēnit ī quibuſdam, quę iuſte abhorreat, pro qui-
bus et iuſte dolere debeat. In hunc itaqꝫ modum, dum af-
fectus boni, ſimplicibꝰ cogitatōibus alludūt, quę ex inſpe-
cta et ſibi cōplacita proximoꝝ diſciplina, hincinde occur-
runt, quid aliud, fratres dinę, filij lię, q̄ pecora ſua paſcūt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Videſne, quomõ vno eodemq; tempore, aliud verus amor proximi, atq; aliud operat vanus amor ſui. Verꝰ amor proximi, paſcẽdis pecoribus frm, paſcua preſtat: vanus amor ſui, corruptionis dine occaſionẽ ãministrat. Qꝫ autem res patrem non latet, etiam priuſq̃ ad fres ſermo perueniret, quid aliud nobis inſinuat, niſi q corruptele noticia, animũ priꝰ p cogitationẽ, q̃ p affectum pulſat? Sed cum res diutius ĩ corde verſatur, ſepius p cogitationem replicatur, qñ; vſq; ad cordis intima penetrat, cordiſq; affectum trãſuerberat. Cum igitur rei ſollicitudĩe, aĩmus afficitur, variiſq; affectibus viciſſim tangitur, iam vſq; ad filios Lie, fratres autem dine, ſermo perueniſſe non dubitatur. Sed quomodo putas inſaniunt, cum ſororis ſue corruptionẽ, iam ignorare, vel ſaltem diſſimulare vlterius non poſſunt? Quid eñ de eis ait ſcriptura, niſi q irati ſunt valde, et iterum, q̇ eſſent ſeuiẽtes, obſtuprũ ſororis ſue. Docet vtiq; nos, hec fratrum ira vel potius inſania, quantum ſibi debeat quiſq; iraſci, qualiter indignari, quomõ ſeipm arguere, q̃ acriter increpare, cum ſe agnoſcit conſcientiã ſuam inani gloriatione fedaſſe. Debet ergo, quicunq; eſt, ad ſanandum mentis tumorem, infirmitates ſuas ante oculos ponere, et culpas ſuas, ſine quibus nemo hanc vitam tranſigit, ad memoriã reuocare: q̃ inhoneſta ſepe in opere, q̃ indigna in ore, q̃ immũda verſetur in cogitatione, diligenter attendere, vt inde manifeſte colligat, q̃ multa in ſuis moribꝰ inuenire queat, que iure debeant amputari, ſi vere vult, et nõ impudẽter gloriari. Cum igitur, huiꝰmodi conditionis retractatio mente reuoluitur, quid aliud, q̃ cum filio emor, circũciſionis pactum ſtatuitur. Nam, quid eſt dicere, morum tuorum pudenda abſcide, q̃ maſculorum tuorum pputia circumcide. Et quid ẽ dicere, alioq̇n nõ poteris nõ ĩpudenter gloriari, q̃ alioquin poteris copulari. Si eñ ſichem gloriatio, ſi dina verecundia, q̇d aliud erit gloriatio impudens, gloriatio ſine verecũdia, q̃ ſichẽ

ſine dina . Recte aūt inueterate conſuetudinis, que diffici-
le ſuperantur, p maſculinū ſexum deſignātur. Iſti ſunt ma-
res, quos fratres dine circūcidi voluerunt: teſte tamē ſcrip-
tura, hanc circūciſionis cōditionē ſichem in dolo ꝓpoſuerūt.
Ecce, vt facile aduertere poſſimus, nullo marito tali ſoro-
rem ſuam dare diſponebāt: et q̄uis ꝓpoſite cōditionis cōuen-
tionē explere potuiſſet, nullaten9 tn̄ eam tali matrimonio
dignam iudicabant. Et quidem etiam, ſi poſſemus oīa in-
honeſta nr̄a, de nr̄a penit9 vita amputare, et ab oībus oīno
mūdari, nichilominn9 tn̄ deberemus, nō de nr̄is meritis, ſed
in dn̄o gl'iari. Et idcirco fr̄es dine, dura ei ꝓponebant, vt eū
de ſororis ſue copula oīno deſperarēt. Sꝫ pacior eſt ſichez,
quelibet/vel qualibet aſpera tolerare, quaꝫ adamate dine
diuortia ſuſtinere. Et fit quidem ſepe, q̄ꝫ et ſupius ꝓlocu-
ti ſumus, vt ea que ab aīmo extorq̄re nō potuimus, q̄n pro
deo illa facere diſponebamus, eadem ipa ſit nobis facile ꝑ-
ficere, cum pro eis timem9 incurrere detrimēta verecundie.
Quid ad iſta dicemus? An forte melius erit, tacite gemere,
q̄ꝫ aliquid reſpondere, qui iſta negare nō poſſumus. Illud
ſane dixerim, qđ dine fratrib9 merito diſplicuit, merito eoſ
placare nō potuit, circumciſio, que non tam pro deo, q̄ꝫ pro
dina, nō tam pro inſtitucōe diuina, q̄ꝫ pro verecundia hūa-
na facta fuit. Malum tamē in eis fuit, iuſte ſeueritatis mođ
excedere, et ī vlciſcenda iniuria equitatis menſurā minime
ſeruaſſe. Merito ergo Iacob, incōſultam eoꝝ audatiam red-
arguit, ſeueritatēq3 tam indiſcretā, iuſte repħendit. O q̄n-
ta ſatius erat viros, q̄uis nō tam pro deo, q̄ꝫ pro dina circū-
ciſos, ad verū dei cultū paulatim ꝑducere, q̄ꝫ inopinata et
repentina morte ꝑcutere. Hinc itaq3 colligat, hinc diligent
attēdat, quō q̄ſq3 debeat circūciſis ſuis pcere, quos tn̄ me-
minit ſe, nō ꝓpter deū circūcidiſſe. Qui ſūt iſti9modi circū-
ciſi, niſi mores, nec bona intentione correpti? Nec tn̄ in tali-
bus debemus moꝝ honeſta deſtruere, ſed intentōꝫ mutare.

Errant ergo vtiq3/errant, qui abiciũt opera bona, q̃uis for-
te inchoata ſint intentõe mala. Errantium ergo, ſuoꝝ vlto-
res huiꝰmodi, q̃d aliud faciunt, q̃ ſup circũciſos cũ ſimeõ
et leui irruẽtes, violent occidũt. Ope pcium eſt illud etiã
diligenter attẽdere, quonã mõ, tam pauci tantã potuerunt
ſtragẽ efficere. Sed nimirũ adiuuit eos, electa oportunitas
tpis, qñ ipos circũciſos, et ab iſtis occidẽdos, oppreſſerat a-
cerbitas doloris. Nõ hoc electꝰ ẽ, circũciſiõis dies ille tciꝰ,
ĩ quo, teſte ſcriptura, dolor ſolet ẽẽ g̃uiſſimꝰ. S3 qui ſũt iſti
dies, vel cur tñ dñr ẽẽ tres, ſi p noctẽ ignorãtia, recte p di-
em itelligit̃ noticia. Primus itaq3 dies, ẽ cognitio eoꝝ q̃ ſũt
extra nos, ſcd̃us dies, cognitio eoꝝ q̃ ſunt intra nos, dies
terciꝰ cognitio eoꝝ q̃ ſunt ſupra nos. Extra nos corpalia, in-
tra nos ſpualia, ſupra nos, diuĩa. Eoꝝ itaq3 q̇ ſe circũcidũt,
verumtñ nõ oẽs hoc faciũt, prima cõſideratio eẽ debet/
vel potiꝰ ſolet, cũ diligent̃ attẽdũt, q̃ aſpitatis extrinſecꝰ
ptulerunt. Scd̃a cõſideratio eẽ debet, q̇d intꝰ acq̇ſierũt p
tot cruciatꝰ corpis, imo q̃ncu3 intꝰ veracit̃ pdiderĩt p neuũ
ſiniſtrę intẽtionis. Tercia cõſideratio erit, q̃d retributõis d
deo expectare debeãt, quẽ ſimulatę ſeruitutis obſeq̃o, nõ tã
placaſſe, q̃ exaſpaſſe ñ dubitãt. Prima itaq3 die, cõſideratõis
primę, recurrit ad memoriã, ãputata licẽtia amatę cõſuetu-
dĩs, et abſq3 dubio dolor efficit̃, dolor vtiq3 g̃uis; q3 nõ re-
linq̇tur ſine dolore, q̃d poſſidebat̃ cũ amore. Scd̃o die cõſi-
deratõis ſcd̃ę, inuenit ſe aĩmꝰ, p detrimẽta corpis puenĩſſe/
ad damna mẽtis; et fit vtiq3 dolor q̃nto iuſtior, tãto fortaſ-
ſis et g̃uior. Tercio die cõſideratõis tcię, dephẽdit ſe g̃uia
ptuliſſe de ſentẽtia ppria, ſ3 g̃uiora expectare debere de ſẽ-
tẽtia diuĩa. Hic eſt ille dies tciꝰ ĩ quo teſtãte ſcriptũa, do-
lor ſolet eẽ g̃uiſſimꝰ. Quãtus eĩ putas, dolor mẽtẽ trãſuer-
berat, cũ diligent̃ cõſiderat malũ q̃d ptulit, malũ q̃d cõmi-
ſit, malu3 q̃d promeruit, malũ q̃d ptulit exteriꝰ ĩ cruciatu
corpis, malũ q̃d cõtraxit intrinſecꝰ ĩ reatu criĩs, malu3 q̃d

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

promeruit diuinitus in conſpectu creatoris . Profecto,non
ſolū grauiter,ſ; etiā grauiſſime doluit,quiſq̄s inutilit circū-
ciſoꝝ ad hanc diem puenire potuit Debet tn̄ mens ſui cri-
minis ↄſcia,et de ſua infirmitate ↄfuſa, et patienter dolere,
et ſua correptōe non deſperare. Oportet eam ſane et dole-
re de corruptione, et ſperare nichilominꝰ de correptione,
vt p moderatum dolorem afflicta,et p ſpei fiduciam ere-
cta,et ſatiſfaciat de p̄terito,et prouideat de futuro. Supiꝰ
aūt iā dixīmꝰ quō dolorē et ſpem,p ſimeonē et leui,itellige-
re debemꝰ. Iſti ſunt duo illi dn̄e fr̄es,ſimeon et leui,iniu-
riaꝝ ſuaꝝ vltores ſeui, ſ; vtinā q̄ fortes forent,tā et diſcre-
ti. Ad ſimeon ptinet,ſatiſfacere de eo,qd̄ malefactū eſt, Ad
leui ptinet,aīm erigere/ad id impoſterū prouidendū eſt. Si
ergo doleres d̄ corruptōe, deſperes aūt de correctōe,ē ibi
ſimeon,ſ; ſolus. Ad tantū ergo negotiū,neceſſe et vt vtrun-
q; ↄueniat,et vterq; alteri opem ferat Sed ↄſiderandū eſt
iteꝝ,q̄ ſepe in eo qd̄ fortiter agunt,modū iuſti libraminis
excedūt,qd̄ facile ↄuincimꝰ ex hoc eoꝝ ope,qd̄ inter manꝰ
habemꝰ. Arreptis eīm gladijs,ↄfederatos ſibi ſocietatis pa-
cto,violēter occidunt,et pro vnīꝰ pudicitia violata,tot vi-
roꝝ/tam ſubitā ſtragē fecerūt . Gladiꝰ ſimeonis exprobra-
tio,gladiꝰ leui eſt exactio. Solet eīm ſimeon/corrupte mē-
ti exprobrare vehemēter,malū qd̄ fecit. Leui v̄o ſolet vehe-
mēter exigere bonū,qd̄ fieri oportuit. Quid igit̄ aliud eſt,
eos his gladijs pugnare, q̄ exprobratōis et exactōis ſti-
mulis mentē flagitare. Hijs ſtimulis quorūdam mens vehe-
mēter accēſa,ſepe inↄſolabiliter plāgit,ea etiā que nullo
mō p̄t euitare. Hijs ſtimulis exagitata,ea etiā ſepe inchoa-
re p̄ſumit,q̄ nullatenꝰ valet ↄſūmare. Hinc illa quoꝝdam
īmoderata triſtitia, hinc illa etiā idiſcreta abſtinētia,q̄ nō
ſolū vires corpis,veꝝ etiā virtute euacuāt mentē. Quoſdā
etenī,ſeuiente ſimeone,vidimꝰ tam irrōnabili triſticia abſor-
beri,vt nulliꝰ poſſent aliquatenꝰ ↄſolatōne releuari, Alios

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cognouimus,ꝑ immoderatam abſtinentiā,tam grauiter cor-
ruiſſe,vt nulla poſtmodum delitiaꝝ copia, nulla coquoꝝ
diligentia poſſet eis ſatiſfacere.Ecce bellatores iſti,ſime:
onē loquor et leui,quomodo pugnāt,qualiter ſe vindicant.
Quid eſt enī,eos arreptis gladijs,dn̄ię amatores interfice-
re,quā exprobratione ineuitabiliū,vel exactione impoſſibi-
lium,eouſqꝫ,nō ſolum vires corpis,verumetiam vigorē mē:
tis attenuare,vt pro humana ſaltem verecundia,non poſſit
ſe mēs a ſuis exceſſibꝰ tpare.vn̄ eis recte ꝑ Jacob dr:Simeō
et leui fr̄es,vaſa iniq̄tatis bellātia,i ꝯſiliū eoꝝ nō veniat aīa
mea,et metu eoꝝ nō ſit gl̄ia mea. O quales bellatores,qui
dum fortiter egiſſe videri volunt,pacis ſuę ſocios tam cru:
deliter,q̄ violenter occidunt. Vaſa iniquitatis bellantia,
ſed in conſilium eorum non veniat anima mea. O viros con-
ſultos,qui dum id p̄ſumunt,quod efficere non poſſunt,illud
etiam amittunt,quod efficere potuerunt. In conſilium er:
go eorum,non veniat anima mea,et in cętu eoꝝ non ſit glo-
ria mea . Non eſt bona gloriatio,ambulare in magnis et in
mirabilibus ſuper ſe, quo poſſit,quaſi de ſua gloriari virtu-
te.Non eſt inquam huiuſmodi bona gloriatio. In cętu er:
go eorum non ſit gloria mea. Quia,inquit,in furore ſuo oc-
ciderunt virum,et in voluntate ſua ſuffoderunt murum.
Quid,per virum,niſi vigor mentis,quid,per murum,niſi di:
ſciplina intelligitur corporis.vir itaqꝫ ille,amator dn̄ę,tūc
veraciter occiditur,quando per afflictionem nimiam,vigo:
re mentis exhauſto,vſqꝫ ad apertam impudentiam,animus
effrenatur .Tunc amator dn̄ę,abſqꝫ dubio gladio perit,
quando per afflictionis nimietatem,vigor mentis eouſqꝫ
deficit,vt a ſuis,vt dictum eſt,exceſſibus,pro humana ſal:
tem verecundia,ſe tempare non poſſit, tunc murus deſtrui-
tur,quando per immoderatam abſtinentiam,rigor prioris
diſciplinę penitus diſſipatur .Sed hoc eſt in huiuſmodi

bellatoribus pre omnibus ammirabile, imo sup omnia dete-
ſtabile, quod nullius unquam quamlibet prudentis viri
conſilio acquieſcunt, imo nec proprie ſaltem experientie ce-
dunt, nec tunc quidem, cum iam incipiunt et corpore defi-
cere et corde tabeſcere. Quorum pertinatia maledictionis
iaculo percutitur, cum ad illos per Jacob dicitur: Maledi-
ctus furor eorum, quia pertinax, et indignatio eorū, quia
dura. Mirabilis pertinatia, ſed non minor inſania, ab im-
petu curſus ſui, a devio erroris ſui, nonniſi ſolo impoſſibi-
litatis freno poſſe retineri. Ecce quomodo preliari norunt
vaſa iniquitatis bellantia, ecce quanta faciunt, ecce, quan-
ta fiunt pro dina. Pro dina, maſculi circumciduntur, pro
dina circumciſi perimuntur. Totum hoc fit pro dina, to-
tum pro humana verecundia. Sed miraris forte, cum hu-
manam veracundiam ſuperius reprobauerimus, cur eam
modo ad dinam pertinere doceamus, cum per dinam ſo-
lam ordinatam verecundiam intelligere debeamus. Sed
aliud eſt, homines erubeſcere propter deum, et aliud eoſ-
dem erubeſcere propter ſeipſum. Sic luceat lux veſtra, di-
cit ſcriptura, vt videant opera veſtra bona, et glorificetur
pater veſter, qui in celis eſt. Bonum eſt ergo erubeſcere in-
famiam, non tam ad noſtram, quam ad gloriam diuinam.
Et hoc eſt forte, dinam exire, hominum infamiam propter
deum erubeſcere. Nam, tunc proculdubio dina intus inue-
nitur, quando de occultis etiam ſuis, coram deo, conſcien-
tia noſtra confunditur. Homines itaqz, propter deum eru-
beſcere, eſt bonam verecundiam habere, et qualem non, du-
bitamus ad dinam pertinere. Verecundia itaqz talis, et or-
dinata eſt, et iuxta aliquid, recte humana dici poteſt. Re-
uera tamen, huiuſmodi bona eſt, ſi non ſit nimia. Certe, ſi di-
na adhuc paruula eſſet, vel intra thalami ſui ſecreta, ſeip-
ſam cohiberet, corruptōis maculaz nō incurriſſet, et tantoꝝ

malorum cauſa non extitiſſet. Hec ē dina, que, poſt jſachar et zabulon, naſcitur: quia poſt deguſtatum interne dulcedinis gaudium, et poſt verum viciorum odium, quanto verius/tanto vehementius, quiſq3 de ſua infirmitate confunditur. Per jſachar etenim intelligimus, gaudium conſciencie. Per zabulon odium malicie, per dinam/ venuſtatem verecundie. Et ſunt quidem, hij nouiſſimi tres liberorum lie, quos ſi cum quatuor ſuperioribus annumeramus, ſeptem eſſe abſq3 dubio inuenimus. Principales enim affectus ſeptem eſſe, longe ſuperius iam diximus, quos cum in nobis ordinamus, in numerum virtutum redigimus: primo itaq3 ordinatur timor, deinde dolor, poſt hos, ſpes, et amor, poſt hos quatuor ordinantur, leticia. et ira, nouiſſime autem omnium, verecundia. Itaq3 nichil aliud eſt, Jacob huiuſmodi liberos ex Lia genuiſſe, q̄z animum affectionis ſue motus ordinando, dignam virtutum ſobolem, de ſeipſo procreaſſe. Per Ruben igitur primogenitum Jacob, intelligimus ordinatum timorem: per ſimeon, ordinatum dolorem: per Leui et judam, ordinatā ſpem, et ordinatum amorē: p jſachar aūt, itelligit ordinata leticia: p zabulon, ordinata ira: p dinam ordinata verecundia. Sciendum autem, qd affectus iſti tunc veraciter creduntur boni, quando ſunt, non ſolum ordinati, ſz etiam moderati. Sepe nanq3, cum diſcretionis moderamen excedunt, virtutis nomen amittunt. Sed hoc fortaſſis melius per exemplum oſtendimus, ſi de ipo fratrum primogenito, exemplum ſumamus. Certe ſi timor immoderatus periculoſus non eſſet, Jacob ad ruben loquens, minime dixiſſet: Effuſus es ſicut aqua, non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui, et maculaſti ſtratum eius. Si p ruben debemus ordinatum timorem intelligere, cur queſo iubet eum Jacob n̄ creſcere, niſi quia, malū ē i quolibz ordiato timore mod equitatis excedere. Duob9 āt mōis, hic fili9 equitatis mſurā ſepe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſupgreditur, aut/ qꝛ circa vnum aliquid nimis extẽditur, aut/ quia ad innumera, vel etiam inutilia, paſſim dilatatur. Quis Judam neget, poſt proditionis ſcelus, iure timere debuiſſe. Sed illud, in eo quis non videat, ſupra om̃ia execrabile fuiſſe, quod dum in ſuo timore modum ſeruare noluit vel neſciuit, ſemetipſum deſperando malum quod corrigere potuit, deteſtabiliori exitu, quam exordio cumulauit. Sed illa timoris nimietas, que ſe paſſim ad multiplicia rerum effundit, facilius decipit, perfectis etenim viris quãdoqꝫ ſurrepit. Quis nanqꝫ prelatorum, quamlibet perfectus, dum ſubiectis ſuis neceſſaria preuidet, ita ſollicitudinis ſue curas temperat, vt pro aduerſis rerum caſibus nunquam plꝰ iuſto formidet? Pertinet autem ad ruben tunc tantum timor huiuſmodi: conſurgit quidem non ex amore mundi, ſꝫ de dilectione proximi. Sed quis enumerare ſufficiat om̃es ancipites incommodorum caſus hincindeqꝫ ſurgentium, pro quibus eum trepidare cogit/ et ſi non ſua/ ſuorꝫ ſaltem infirmitas ſubiectorꝫ. Et q̇s nõ videat, q̃ ſit difficile, imo q̃ pene ĩpoſſibile, iuſte formidinis metas nunq̃ excedere? In fit ſepe, vt quãto quis prudentior/ tanto inueniatur ſollicitior, et quãto quiſqꝫ nouit ꝑſpicatius circũſtantiũ ꝑiculorꝫ caſus ancipites proſpicere, tanto cogitur timide ſollicitudinis ſue habenas multiplices relaxare. De quo et illud conueniẽter intelligitur, quod ad ruben per Jacob dicitur: Effuſus es ſicut aqua,/ non creſcas. Solet enim per aquam quandoqꝫ carnis prudentia, ſicut per vinum intelligi ſepe ſpiritalis intelligentia. Hec aqua cuiqꝫ tunc in vinum vertitur, quando, aſpirante deo, per exterioris ſcientie ſcalam, ad inuiſibilium intelligentiam ſubleuatur: quando inuiſibilia dei, a creatura mundi, per ea que facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Huiuſmodi cuique aqua eo amplius habundat, quo eius animus in exteriorum ſcientia, copioſius

ſe dilatat. Hec vtiqȝ aqua / quanto vberius excreſcit, dum omnia caute circumſpicit, tanto procul dubio formidoloſe ſollicitudinis ſiluam denſiorem gignit, et latius expandit. Unde recte hic dicitur: Effuſus es ſicut aqua, nõ creſcas. Cauendum itaqȝ ſũmope, cum mundane ſciẽtie aqua habũdat, ne multiplicis ſollicitudĩs timor, vltra menſurã excreſcat. Certe, cum ruben adhuc puulus eſſet, et annos pueriles ageret, patris ſui cubile inceſtare nõ pſumpſit, vel qȝ nõ potuit, vel qȝ minime auſus fuit. Adultꝰ tñ infantiã, vt de ipo legit, prorupit audaciã, vt patris ſui corrũpet ocubinã, Bale videlicet rachelis ancillã. Sȝ ſi p balã imaginatõ intelligit, quõ putamꝰ huiꝰmõi ancilla corrũpit. Sȝ q̃ eſt bale corruptio, niſi cogitatõis iordinata et ĩpudẽs euagatio. Intantũ ei qñ timor ſupfluꝰ imaginatõẽ, nõ dicã corrũpit / ſȝ proſtituit, vt q̃de in tpe orõis, a ſuis ſe fornicatõibꝰ tpare vix, aut õino nõ poſſit. Cum ei p nimia ſollicitudĩe incorandum eſſe ſepe mundanoꝝ negotioꝝ fantaſias mens p imaginatõẽ recipit, q̃d aliud Bala q̃ ad fornicatões ruben ſinũ ſuum expandit, Cogita nunc ergo, q̃ ſit ineptum, vt eo tpe, quo debes pro eternis malis remouendis, dño ſupplicare, incipias temporalia tantum picula, p oculis habere, et illa ſola corde reuoluere, illoꝝ pter que veneras obliuiſci, illa quorum obliuiſci debũeras, ſola reminiſci. Hinc eſt, quod mens ſepe, que prius ſolebat per imaginationem ſola ſibi futuroꝝ bona vel mala omni hora anteponere, poſtmodum per ſuperfluum timorem ſubacta, non poſſit, vel ad modicum ſecularium curarum incurſus, a cordis ſecretario excludere. Quia igitur ſepe imaginatio per ſuperfluum timorem, ad tam impudentem cogitationum euagationem deducitur, recte ad ruben pater ſuus, de corruptione Bale ei improbando, loquitur: Effuſus es ſicut aqua, non creſcas, qȝ aſcendiſti cubile patris tui, et maculaſti ſtratum eius. Sed vt de hoc affectu aliquid loq̃mur aptiꝰ, maiorẽ p ceteris

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſiue ad bonum ſiue ad malum efficientiã habere videtur.
Siquidem ab illo frequenter, a ſuo mẽs rectitudinis ſtatu
deiicitur, ſed quolibet modo deiecta, ſine illo nunq̃ reparatur.
Quis enĩ de quouis peccato q̃libet puro, ſine timore libera-
tur, ſine timore mala nr̃a nunq̃ deſerimꝰ, ſine timore bona
opari nec ſaltem inchoamꝰ. Nõne hoc illa Jacob manifeſte
verba loquunt, ſi recte itelligunt, vbi dr̃: Ruben primogenitꝰ
meꝰ, tu fortitudo mea, principiũ doloris mei, primꝰ ĩ donis,
maior i impio. Vbi et illud ſeq̃tur, de quo aliqua iam dixiꝰ:
Effuſus es ſicut aqua, nõ creſcas. Quõ autẽ iſte ruben ſit
primogenitus, vel quõ ſit principium doloris, ex ſupius iã
dictis, ſatis vt arbitror manifeſtũ eſt: quomõ autem ſit eiꝰ
fortitudo, et cetera, que de eo dicunt, facile oſtendi poteſt.
Tu inq̃t fortitudo mea. Quis in illo vnquã p̃lio victor extī-
tit, vbi ſpiritus aduerſus carnem, caro aduerſus ſpiritum
concupiſcit? quis vnquã tam innumeroſum ↄcupiſcentiarũ
ſuarũ exercitum debellauit, ſi ſine timore pugnauit? Recte
ergo primogenitus, quia a timore domini, omne bonum in-
choatur: recte fortitudo dicitur: quia per timorem domini
cor contra concupiſcentias ſuas roboratur: recte principi-
um doloris ſui: quia timorem domini vtilis dolor comitat.
Vt enim animi dolor cuiq̃ ſuus ſit, et ſibi vtilis exiſtat, ne-
ceſſe eſt, vt eum timor domini precedat. Primꝰ, inquit, in do-
nis maior imperio

Inter omnia dei dona, que ad ſalutem hominis ſpectare vi-
dentur, primum et pricipale donum, bona voluntas, eſſe co-
gnoſcitur, p quam in nobis diuine ſimilitudinis imago re-
patur. Quicq̃d hõ agit, bonũ eſſe nõ p̃t, niſi ex bona volun-
tate procedat, Quicq̃d ex bona volũtate fit, malum eſſe nõ
poterit. Sine bona voluntate õino ſaluti nõ poteg cũ bona
volũtate õino perire ñ potes. O donũ mirabile, o donum ſi-
gulare! Hoc ẽ illd̃ primũ vl̃ pricipale donũ, qd̃ p̃mogenito ru-
ben tribuit, abſq̃ dubio p timorẽ dñi volũtas mala i bonam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cōmutatur. Cur itaq; primus in donis nō ſit, qui primū et principale donum accipit? Primum, quia a bona voluntate, bonum eſſe incboatur principale: quia bona voluntate hōībus vtilius nichil datur. Primus in donis, maior imperio. Quis hunc ruben pre ceteris imperio maiorem eſſe neget, qui ceteris alijs fribus ſuis omibus pſepe etiā impare ſolz. Ante eius aſpectum Leui cedit, q; ſupueniente timore ſpes cadit. Ad eius impiū, ſepe judas ſecedit, zabulō accedit, q; cogente timore, ſepe caritas refrigeſcit, odium exurgit. Ad nutum ipius, yſachar egreditur, et ſimeon ingreditur: q; ſubintrante timore, ſepe et gaudium excluditur, et dolor admittitur. Vidimus, quō ruben qnz fribus ſuis etiā impare conſueuit: videamus, quō impiū ſuum p̄ ceteris latius extēdit. Certe, alia ſunt que amamus, alia ſūt q̄ odio habemus: ſz pro vtriſq; timere ſolemus, dum ſepe iſta āmittere, illa formidamus incurrere. Diuidunt itaq; judas et zabulon, int̄ ſe regnum, ſed ruben ſe extēdit ad totū: q; verus amor ad ſola bona, verum odium ad ſola mala, timor ſe effūdit ad hec et ad alia. Zabulon in partis ſue partem/fratrem admittet ſimeonem. Pro aduerſis ſiquidem dolemus, ſed non pro omnibus/quia nō oīa ſuſtinemus. Leui, quā judas impio ē minor, multo tn̄ q̄ yſachar, impio eſt maior. Plura em̄ ſunt, q̄ debemus diligere, q̄ que audeamus ſperare. Sz oſtat nichilominus, copioſiorē eſſe materiā ſperandi, q̄ gaudendi: quia habita de quibus gaudemus, pauca ſunt ad ea, que habenda ſperamus. Judas itaq; et zabulon, impij ſui magnitudine, ceteros fratres vincunt: verumtamē ad menſuraz ruben, extendere ſe minime poſſunt. Omnes itaq; ruben antecedit, qui ceteros prauius longe poſt ſe relinquit. Omnia enim, que conſtat homines amare, ſperare, odiſſe, pro quibus, dolere vel gaudere, ſolēt mltiplicis timoris cās ex ſe gignere. Sepe etem, circa vnā rē quā diligimus, ples timēdi cās iuenimus. Quot mōis ſiqdē poi p̄t, tot timoris occaſiōs dare p̄t.

Multum itaque regnum ſuum ruben iſte dilatat, ſed vires
ei amminiſtrat, non ſolum multiplicitas occultoꝝ, ſed etiam
mutabilitas apparentium. De quo em̄ ſecurus eſſe poſſum,
qui nil habeo quod ꝑdere non poſſum, quando hic ad ſcie̅-
tie certitudinem ꝑtingo, qui innumerabiliter plura neſcio,
q̄ ſcio. Quia igitur, timor, ceteris affectibus latius diffun-
ditur, recte ruben frm̄ compatōne, impio maior ēē ꝑhibetur.
Et ne creſcat, a p̄re ſuo prohibetur, ſed eo videlicꝫ tempo-
re, quo ſicut aqua diffuſus erat, quando iam patris cubile
aſcenderat, ſtratumqꝫ eius iam maculauerat. Ruben, inq̄t,
primogenitus meus, tu fortitudo mea, principium doloris
mei, primus in donis, maior impio, effuſus es ſicut aqua,
non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui, et maculaſti
ſtratum eius. Ecce, ruben quantum malum p̄ſumpſit, quia
vltra modum excreuit, cito magnum ꝑiculum incurritur,
ſi timor noſter ꝑ diſcretōꝫ nō moderatur. Sic et de aliis af-
fectibus credere debemꝰ, ꝑiculoſos quidem eſſe, niſi eos in-
tra equitatis metas coerceamus. Certe, q̄ malū ſit, dolorē
et ſpem, modum excedere, ex p̄dicto, ſimeonis et leui facto
facile poſſumus aduertere. De quibus per Jacob dicitur:
Maledictꝰ furor eoꝝ, qꝛ ꝑtinax, et idignatio eoꝝ, qꝛ dura. Cau-
te ergo circa oīs debet cuſtodiri, vt nō ſolū ſint ordīati, ſꝫ
etiam moderati. Timor em̄ nimiꝰ ſepe cadit in deſperatio-
nem, dolor nimius in amaritudinem, ſpes immoderata in
preſumptionem, amor ſuperfluus in adulationem, ira intē-
perata in furorem. In hunc itaqꝫ modum, virtutes in vitia
vertuntur, ſi per diſcretionem minime moderentur. Videſ-
ne, quemadmodum cetere omnes, virtutem diſcretionis re-
quirant.

Hic eſt ille Joſeph, qui quidem ſero naſcitur, ſed a pa-
tre plus ceteris amatur. Quis em̄ neſciat, vera bo-
na animi, ſine diſcretōe, nec poſſe acq̄ri, nec poſſe
ꝯſeruari. Merito ergo, illa virtꝰ ſingularit̄ diligit̄, ſine qua

nulla conqueritur, nulla conſummatur, nulla oſeruatur.
ſed vix ſero talem filiū accipere meremur: quia ad diſcre-
tionis perfectionem/ non ſine magno vſu/ non niſi per mag-
na experimenta erudimur. Prius nos oportet in ſingulis
virtutibus exerceri/ q̄ poſſimus de oībus plenam ſcien-
tiam percipe, et de ſingulis ſufficienter iudicare. Multa
quidem de diſcretōne, legendo, multa diſcimus audiēdo,
multa ex inſito nobis ratōnis iudicio. Verūtamē nunq̄ de
hac ad plenum erudimur/ ſine expientię magiſterio. Poſt
oēs ſequi oportet/ qui de oībus iudicare debet. Pri-
mū ergo eſt, ut ſatagamus ſingulis virtutibus ſtudiū fre-
quēs impēdere, qđ dum facimus/ neceſſe eſt nos ſępi9 ca-
dere, oportet nos ſępe reſurgere, et p frequentē lapſū ad-
diſcere/ qua vigilātia/ qua cautela/ oporteat virtutū bona
acquirere vel cuſtodire. Sic ſic/ dū longo vſu virtutū diſ-
ciplina addiſcit, qñ mens diu exercitata/ ad plenā morū
diſcrecōnem pducit, et quaſi de nato Joſeph iure letat.
Ante huius natiuitatē/ eius fratres/ dū adhuc omnia ſine
diſcretōne agūt, quanto vltra vires ſuas multa pręſumūt,
tanto ſępe deterius atq3 deformius ruūt. Vnde eſt, ſicut
iam diximus, q̄ poſt eos dina naſcitur; quia frequēter de-
formē lapſum pudoris cōfuſio comitatur. Sed poſt natā
dinam/ et quaſi per confuſionis ignominiā/ fratres ſui in-
ueniunt, et per experimentum addiſcūt/ nihil melius eſſe
q̄ conſilio regi: quia melior eſt vir prudens viro forti. Vir
enim prudens loquitur victorias, et qui cum conſilio cun-
cta agit/ in ęternum non pęnitebit. Cum igitur conſilii ne-
ceſſaria vtilitas/ per experimentum cognoſcitur, et p ſtu-
dium attentius querītur, joſeph quodāmodo naſcitur, p
quem virtus diſcretōnis intelligitur. Patet autem ratio/
cur ancillarum nulla/ cur nec ipſa quidem lia/ ſed rachel ſo-
la potuerit talem filium gignere: ſiquidem non eſt ſenſua-
litatis, ſed imaginationis, non demq3 ipſius affectionis,

ſed ſolius eſt ratõis diſcernere, ſicut et intelligere. Si i:
gitur per rachel ratõnem intelligimus, cur non niſi de ra:
chel Joſeph naſci poſſit, citius inuenimus: quia, q̄ de ſola
ratõne diſcretõ oriatur, minime dubitamus. Talis proles
de tali matre, Joſeph de rachele, diſcretio de ratõne.
Hic eſt ille Joſeph, qui ſolus inter fratres tunica ta-
lari veſtitur: quia ſola illa actio/ad conſummatio:
nis talium, debitiq; finis terminū perducitur, quę
per diſcretõis prudentiam moderatur. Hic eſt ille, qui a
patre/plus cunctis fratribus amatur, qui cunctarum vir:
tus virtutum cuſtos/cęteris iure pręfertur. Hic eſt ille Jo-
ſeph ſomniator/ſomniorumq; interp̄tator: quia vera diſcre:
tio/in ip̄o temptatõis articulo/inter ip̄a ſuggeſtionū fan-
taſmata/ex eorum qualitate futura pericula deprehendit,
et alijs quibuſlibet, ad cogitatõnum ſuarum confeſſionem,
imminentium malorum inſidias detegit, et de futuris pe:
riculis cautos reddit. Hic eſt Joſeph, quem ęmulant̄ ſui,
venerantur alieni: quem vendunt hebrei, emunt ęgyptij: q̄r
citius conſilio acquieſcunt, faciliuſq; alienę prudentię ce:
dunt, erroris ſui cognoſcentes, q̄ de iuſticia ſua vel pru:
dentia pręſumentes. Hic eſt ille Joſeph ſponſus / virginis
amator/non violator caſtitatis: quia diſcretõ cuſtos/non
corruptor eſſe ſolet internę puritatis. Hic eſt ille puer et
nuncius/qui beato Job in omni percuſſione ſua/ſolus rema-
nere potuit, qui ei perpetrata damna ſtatim renunciare ſtu:
duit: quia niſi per diſcretõnem, virtutum damna animus
nec cognoſcit nec corrigit. Neſcit puer ille cum pereuntibus
perire, neſcit diſcretio per rerum detrimēta/per tempta:
tionum argumenta/deficere ſed proficere. Quanto enim a:
crioribus temptatõibus vrgimur, quanto crebrioribus pi:
culis exercemur, tāto profectius ad diſcretõnem erudimur
et ſępe aliarū virtutū damna/diſcretõis ſunt lucra. Nouit
itaq; Joſeph, non ſolum cum creſcentibus creſcere, nō ſolū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cum proficientibus proficere, verū etiam ex fratrū defectu ad profectum tendere, et ex alioꝝ detrimentis prudentię lucra acquirere. Merito talis filius Joſeph nuncupatur. Joſeph ſiquidem, augmentum interpretatur. Unde recte de ipo p patrem eius dicitur: Filius accreſcēs Joſeph, filiꝰ accreſcens, et decorus aſpectu. Recte itaqꝫ augmentū nominatur, recte filius accreſcens dicitur, qui ſemp augmentatur, cuius incrementū vſqꝫ in finem non finitur. Quanta autem huius virtutis ſit excellentia, teſtātur ipa Joſeph ſomnia, teſtantur patris eius verba/ vbi legitur: Num ego et mater tua/ et fratres tui, adorabimus te ſup terrā? Hūc Joſeph/ et pater/ et mater/ et fratres adorant: qꝛ aut ſpontanea voluntate/ aut coacti neceſſitate/ qñqꝫ diſcretōni obtemperant. Per diſcretōnem ſiquidem, ſol ille mundi intellectualis/ interior ille oculus cordis/ intentio videlicet mentis dirigitur, per diſcretōnem, ipa de qua oritur ſubtilitas ratōnis acuitur. Per diſcretōnem illa tota virtutum fraterna germanitas modificatur, et virtutū quęlibet, quę eius conſilio non acquieſcit, qui ſe diſcretōni non ſubdit, citius virtutis nomen amittit. Ipe eſt, qui fratrum ſuoꝝ negligentias non negligit, ipe eſt, qui eorum exceſſus arguit. Ipo pręſente, nō licet eis quicquā vltra vires pręſumere. Ipo pręſente, nichil per negligentiam pretermittere. In eius pręſentia, non eis licet, ſiue ad dextram, ſiue ad ſiniſtrā declinare, nil ſegniter/ nil precipitanter agere, nil ante tempus pręſumere, nil vltra temporis oportunitatem differre. Hinc illa inter ipm et fratres diſcordia grauis, et ira pene implacabilis. de qua ſcriptura nō tacet, cum manifeſte pronūciet: quia oderant eū fratres ſui, nec poterāt ei quicquā pacifice loqui. Monita em̄ Joſeph videtur eis valde grauia, dura inſtituta, cōſilia importabilia. Quid em̄ duriꝰ, quid difficilius, qͦ nil faciendum negligere, et in om̄i facto ſuo nunq̄ modum perturbare, nunq̄ ordinem confundere,

nunquam menſuram excedere? Crede michi, nil a ſe animꝰ
difficilius extorquet, q̄ ut in oīm affectōne ſua modū ſer-
uet. Sepe etenī fratres joſeph, magnū aliquid molientes,
dum eis vndiqꝫ acclamatur, euge euge/ ſolent non ſolū ad
inutilia/ verꝫ etiam ad impoſſibilia conatus ſui manus extē-
dere. Frequenter ſiquidem animi affectus, ex hmōdi adu-
lantium acclamatōne, ad immoderatam pręſumptionū au-
daciam effrenatur, imo etiam multotiens mentis intentōe
deprauata/ vſque ad ipocriſis crimen deducitur atque
deijcitur. Hoc eſt illud crimen peſſimū, et prę ceteris abbo-
minandum: qꝛ deo prę oīmbus odioſum, de quo joſeph fra-
tres ſuos apud patrem accuſat: ſicut ſcriptura ipā manife-
ſte declarat, cū dicit: Accuſauit joſeph fratres ſuos apud
patrem crimine peſſimo. Viciū quod deus ſingulariter de-
teſtatur, nullum aliud, q̄ ypocriſis, rectius intelligitur.
Auguſtino nāqꝫ atteſtante: ſimilata equitas non eſt equi-
tas, ſed duplex iniquitas. Hoc vicium per joſeph detegit,
qn̄ inſidians malum per diſcretōnem deprehēditur, et ar-
guitur. Hoc vicium tunc filios corrumpit, hoc viciū nunc
pater corrigit/ quando affectum tangens durius pulſat, di-
utius occupat, verꝫ tamen animū vſqꝫ ad conſenſum non in
clinat. Pertinet itaqꝫ ad joſeph, non modo hoc vicium/ ſed
quodlibet inſidians malum, et latens adhuc, prouide circū-
ſpicere, caute preuidere, callide deprehendere, citius de-
tegere, acerbius arguere. Ad officium joſeph ſpectat cura
et cuſtodia oīm fratrum ſuorꝫ: ad ipm ſpectat diſciplina
ſingulorꝫ: ad ipm diſpoſitō gerendorꝫ: ad ipm prouiden-
tia futurorꝫ. Ad eius officium ptinet, diligenter attendere,
frequenter diſcutere, quantum animus quotidie proficiat,
vel quantum forte deficiat, quibus cogitatōnibus magis
incurſetur, quibus affectibus frequentius tangatur. Ipe
debet, non ſolum uicia cordis/ verꝫ etiam inualitudines cor-
poris perfecte cognoſcere, et ſcdm qd̄ vnūquodqꝫ exigit,

ſalutis remedia querere, queſita adhibere. Ipſum noſſe oportet, non ſolum vicia ſua, ſed et gratiarum munera / et virtutum merita: ſed et ipſa diligenter diſtinguere, et que ſint bona nature, vel que dona gratie ſubtiliter penſare. Promptum habere debet, quibus temptatōnum machinis malignus eum ſpiritus impugnet, quantis ſpiritualiū gaudiorum conſolatōnibus habundet, q̄ frequenter eum diuinus ſpiritus viſitet: quomodo ab ipſo, cum ſit vnus, nō tamen vniformiter, eodemq; modo ſemper tangitur: ſed nūc ſpū ſapie/nūc ſpiritu intellectus/nunc ſpiritu conſilij, vel alijs quibuſlibet eius affectibus repletur. Et ut totū breuiter concludam, debet hic noſter joſeph, totum interioris et exterioris hominis ſtatum et habitum, inquantum poſſibile, plene cognoſcere. Nec ſolum qualis ſit, verum etiam qualis eſſe debeat, ſubtiliter querere, diligenter inueſtigare. Per hunc itaq; joſeph, animus aſſidue eruditur, et quandoq; perducitur ad plenam cognitōnem ſui: ſicut per uterinum fratrem eius Beniamin, quandoq; ſubleuatur ad contemplacōnem dei. Sicut enim, per joſeph gratiam diſcrecōnis/ſic per beniamin intelligimus gratiam contemplatōnis. Vterq; de eadem matre naſcitur, q; et dei cognicō et ſui, ex ratōne percipitur.

Longe poſt joſeph, Beniamin gignitur: quia animꝰ qui in ſui cognitōne diu exercitatus/pleneq; eruditus non eſt, ad dei cognitōnem non ſuſtollitur. Fruſtra cordis oculum erigit ad videndum deum, qui nōdum idoneus eſt, ad videndum ſeipm̄. Prius diſcat homo, cognoſcere inuiſibilia ſua, q̄ preſumat poſſe apprehēdere inuiſibilia diuina. Prius eſt, ut cognoſcas inuiſibilia ſpūs tui, q̄ poſſis eſſe idoneus, ad cognoſcenda inuiſibilia dei. Alioquin, ſi non potes cognoſcere te, qua fronte preſumis apprehendere ea que ſunt ſupra te? Precipuū et principale ſpeculū ad videndū deū, animus ratōnalis abſq; dubio

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

inuenit ſeipſum. Si enim inuiſibilia dei, per ea que facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, vbi queſo q̄ȝ in eius imagine, cognitionis veſtigia expreſſius impreſſa reperiuntur. Hominem, ſecundum animam ad dei ſimilitudinem factam et legimus et credimus: et idcirco, q̄ȝdiu per fidem et non p ſpeciem ambulamus, q̄ȝdiu adhuc per ſpeculum/ et in enigmate videmus, ad eius, vt ita dixerim, imaginariam viſionem aptius ſpeculum, q̄ȝ ſpiritum rationalem inuenire non poſſumus. Tergat ergo ſpeculum ſuum, mundet ſpiritum ſuum, quiſquis ſitit videre deum ſuum. Hoc itaqȝ ſpeculū non deſinit verus joſeph tenere, tergere, et indeſinenter inſpicere. Tenere, ne deorſum corruens terre per amorem inhereat: tergere, ne inanium cogitationum puluere ſordeſcat: inſpicere/ ne inania ſtudia intentionis ſue oculum reflectat. Exterſo autem ſpeculo, et diu diligenter inſpecto, incipit ei quedaȝ diuini luminis claritas interlucere, et immenſus quidam inſolite viſionis radius, oculis eius apparere. Hoc lumen oculos eius radiauerat, qui dicebat: Signatum eſt ſuper nos lumen. v. t. d. d. le. in. c. meo. Ex huius igitur luminis viſione, quam ammiratur in ſe, mirum in modum accenditur animus et animatur, ad videndum lumen quod eſt ſupra ſe. Ex hac, in qua viſione videndi deum flāmam deſiderij conſpicit, et fiduciaȝ ſumit. Mens itaqȝ, que iam viſionis hui9 deſiderio flagrat, ſi iam ſperat quod deſiderat, iam ſe Beniamin concepiſſe cognoſcat. Sperando enim concipit, deſiderando parturit, et quanto ampli9 creſcit deſiderium, tanto appropinquat ad partum. Sed ſcimus nichilominus: nam et hic, ſcriptura docente, didicimus: quia ſpes que differtur affligit animum. Nichil em̄ ſic afficit animum, quomodo impatiens deſiderium. Quid autē huius viſionis dulcedine expetitur ſalubrius? Nouit hoc rachel, nam nec rationē hic latere p̄t: quia in huius ſuauitatis comparatione, omnis dulcedo amara eſt. Hinc eſt q̄d

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nec ſtudium ſuum laxare, nec deſiderium ſuum temperare poteſt. Hinc illa tanta parientis anxietas, et doloris immēſitas. Unde nanq; putas, tanta doloris magnitudo, niſi ex indeſinenti ſtudio, et impatienti deſiderio? Creſcit quotidie, et ex deſiderio labor, et ex labore dolor. Augmentatur aſſidue/et ex ſtudio deſiderium/et ex deſiderio ſtudiū. Scit tamen rachel, hoc negotium ſupra vires ſuas eē, nec tamen valet ſtudium ſuum, vel deſiderium temperare. Ad tantam nanq; gratiam, nunq̄ pertingit mens per propriam induſtriam, dei eſt hoc donum, non hominis meritum: ſed abſq; dubio, talem, tantamq; gratiam accipit nemo, ſine ingenti ſtudio, et ardenti deſiderio. Nouit hoc rachel, et idcirco ſtudium multiplicat, et deſiderium ſuum quotidianis incrementis acrius inflammat. In tanta nanq; quotidianā conatus anxietate, in huiuſmodi doloris immenſitate, et Beniamin naſcitur, et rachel moritur: quia cum mens hominis ſupra ſeipſam rapit, omnes humanę ratiocinationis anguſtias ſupergreditur. Ad illud enim, quod ſupra ſe eleuata, et in extaſi rapta, de diuinitatis lumine conſpicit, omnis humana ratio ſuccumbit. Quid eſt enī rachelis interitus, niſi rationis defectus? Beniamin itaq; naſcente, rachel moritur: quia mens ad contemplationem rapta, quātus ſit humanę rationis defectus, experitur. Nonne rachel mortua tunc erat, et omnis humanę rationis ſenſus in apoſtolo defecerat, cum dicebat: ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio, deus ſcit? Nemo ergo ſe exiſtimet, ad illius diuini luminis claritatem argumentando poſſe penetrare: nemo ſe credat humana illud ratiocinatione poſſe comprehendere. Si enim aliqua argumētatione adiri potuiſſet, lumen illud diuinum vtiq; inacceſſibile non fuiſſet. Demq; apoſtolus gloriatur, ad illud ſe non quidem iſſe, ſed abſq; dubio raptum fuiſſe. Scio, inquit, hominem, ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio, deus ſcit, raptum huiuſmodi vſq;

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad tercium celum. Sed quod eſt celū hoc tercium? Quod
eſt, inter terram et celum, hoc eſt, inter corpus et ſpiritum.
Sed alia eſt dignitas ſpiritus humani, alia autem ſpiri-
tus angelici, et longe alia eſt excellencia ſpiritus diuini.
Humani ſiquidem ſpiritus dignitatem, qui ſubiacet pene
et culpe, longe ſupgreditur vtriuſqȝ expers, excellentia. ſ.
angelice nature, ſed incompabiliter vtroſqȝ precedit, ſpiri-
tus ille qui fecit vtrūqȝ. Ad horum igitur celorum quodli-
bet, cuiuſuis animus tunc veraciter erigitur, quando terre-
narum cogitatōnum ima deſerens, in eorum contemplatōe
defigitur. Ad primum itaqȝ celum pertinet, cognitio ſui:
ad tercium autem pertinet, contemplatio dei. Ad hoc ita
qȝ tercium celum, quis putas aſcendit, niſi qui et deſcendit
filius hominis, qui eſt in celo? Itaqȝ, et ſi ſunt qui aſcendūt
vſqȝ ad celoſ, et deſcendunt vſqȝ ad abyſſos, non aſcendūt
niſi forte ad primum et ſecundum: non enim poſſunt vſqȝ
ad tercium: ad hoc vtique celum homines rapi poſſunt.
nam ipſi omino aſcendere non poſſunt. Poſſumus tamen il-
lam, que in hac vita haberi poteſt, dei cognicōnem tribus
gradibus diſtinguere, et ſecundum triplicē graduum dif-
ferenciam, per tres celos diuidere: aliter ſiquidem deus
videtur per fidem, aliter cognoſcitur per ratōnem, atqȝ
aliter cernitur per contemplacōnem. Prima ergo viſio, ad
primum celum, ſecunda ad ſecundum, tercia pertinet ad
tercium celum. Prima eſt infra ratōnem, tercia ſupra ratō-
nem. Ad primum itaqȝ et ſecundum contemplacōis celum,
homines ſane aſcendere poſſunt, ſed ad illud quod eſt ſu-
pra ratōnem, niſi per mentis exceſſum ſupra ſeipos rapti,
nunquā pertingunt. Quod autem, per Beniamin, illud contem-
platōnis genus, quod ſupra ratōnem eſt, intelligere debe-
amus, ex matris eius morte, conuenienter ſatis conicere
poſſumus. Ad hūiuſmodi ergo contemplacōnis celſitudinem,
quelibet creaturarum cognitio anguſta eſt, et in imo iacet,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et terrę moręin celi reſpectu, vix puncti vicem tenet. Ad
cognitionem ſiquidem creatoris, quantalibet cognitio cre-
aturarum, quid aliud eſt, q̃ ꝗ terra ad celum? quod centrū
ad totius circuli ambitum? Habet tamen hęc terra, habet
hęc inferior inferiorum ſcientia, montes et colles, et cam-
pos et valles. Secundum differentiam creaturarum, erit
et differentia ſcientiarum. Vt enim ab imo incipiamus, ma-
gna eſt diſtantia, inter corpus et corpus. Siquidem ſūt
corpora celeſtia, ſunt et corpora terreſtria. Maior tamen
eſt diſtantia cuiuſlibet corporis ad ſpiritum, q̃ quorumli-
bet et quamlibet diſſimilium corporum. Sed ipſorum ſpi-
rituum, alij ſunt irratōnales, alij ſunt ratōnales. Oculos
ergo, quaſi in imo defixos habere videntur, qui ſola adhuc
corporea mirantur. Sed iam, quaſi ad alta aſcendunt, qui
ſe ad ſpiritualium inueſtigatōnē conuertunt. Animus, qui
ad ſcientię altitudinem nititur aſcendere, primum et prin-
cipale ſit ei ſtudium, ſeipſum cognoſcere Magna altitudo
ſcientię/ſemetipſum perfecte cognouiſſe. Mons magnus
et altus/plena cognitio ratōnalis ſpiritus. Omnium mun-
danarum ſcientiarum cacumina/mons iſte tranſcendit, om-
nem philoſophiam/omnem mundi ſcientiam, ab alto deſpi-
cit. Quid tale ariſtotiles/q̄d tale plato inuenit? Vere et abſ-
que dubio, ſi hunc montem ingenij ſui acumine aſcendere
potuiſſent, ſi ad ſeipſos inueniendos, eorum eis ſtudia ſuf-
ficerent, ſi ſeipſos plene cognoſcerent, nunquam idola co-
luiſſent, nunquam creaturę colla inclinarent, nunquam
contra creatorem ceruicem erigerent. Hic defecerūt ſcru-
tantes ſcrutinio. Hic, inquam, defecerunt, et in hunc mon-
tem minime aſcendere potuerunt. Aſcendat homo ad cor
altum, et exaltabitur deus. Diſce homo cogitare, diſce
cognoſcere teipſum/et aſcendiſti ad cor altum. Quantum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quotidie, in tui cognitione proficis/ tantum ad altiora ſem-
per tendiſ. Qui ad perfectam cognitionem ſui venit/ iam
montis verticem apprehendit. O q̄ rari ſunt, vel quia no-
lunt, vel quia nequeunt, qui huc uſq; aſcendunt. Rarum
valde, in hunc montem aſcendere, ſed multo rarius in ei-
us vertice ſtare, et ibi moram facere, rariſſimum autem
ibi habitare, et mente requieſcere. Quis, inquit, aſcendet
in montem domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius?
Prius eſt aſcendere, et poſtea ſtare. In ſtando quidem
labor, et in aſcendendo maior. Multi quidē in ipſa aſcē-
ſione defecerunt, ꝓpter nimium laborem aſcendendi, mul-
ti ab arduo eius vertice ocius deſcenderūt, ꝓpter laborem
ſtandi. Hoc fortaſſis eis intolerabile videbatur: quoniā
non ſolum in hunc montem, niſi per magnum laborem, non
aſcenditur, verumetiam ſine magna difficultate ibi immo-
rari non credatur. Sed forte iam aſcendiſti? iam ibi ſtare
didiciſti, nec hoc ſufficiat tibi. Diſce ibi habitare, et mā-
ſionem facere, et qualicunque mentis euagatōne abſtra-
ctus, illuc ſemper redire. Abſque dubio, per multum vſum
quandoque vertetur tibi in oblectamentum, intantum, ut
abſque vlla difficultate poſſis ibi aſſiduus eſſe: quinimo/
pena potius tibi ſit alibi, quam ibi moram aliquam facere.
Mira iocunditas, in hoc monte ſine labore, morari poſſe.
Petro atteſtante, qui tanta et tam inſolita ſuauitate ille-
ctus exclamat: Bonum eſt nos hic eſſe. O felicem, qui po-
tuit in hunc montem aſcendere, et mente requieſcere. O
quam magnum, o quam rarum. Domine quis habitabit in
tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo
Qui ingreditur ſine macula, et operatur iuſticiam. &c.
Et quidem magnum eſt aſcendere poſſe et ſtare, maius

tamen eſt, poſſe inhabitare, poſſe requieſcere. Aſcendere
et ſtare eſt virtutis, inhabitare et requieſcere eſt felicita-
tis. Vtrunque vtique magnum, vtrunque ammiratōne di-
gnum, vtrunque propheta miratur. Sed illud pro mag-
nitudine difficultatis, iſtud pro magnitudine iocundita-
tis. Ammiratio difficultatis, eſt illa exclamatio: Quis aſ-
cendet in montem dominī, aut quis ſtabit in loco ſancto
eius, ammiracō iocunditatis, eſt illa exclamatio: Domine
quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet
in monte ſancto tuo? Aſcendere et ſtare fortitudo, inhabi-
tare et requieſcere, o quanta qualiſq; beatitudo? Quis ad
id operis idoneus, quis hoc munere dignus? Domine quiſ
aſcendet, domine quis requieſcet in monte ſancto tuo. E-
mitte lucem tuam et veritatem tuam, ipſa me deduxerūt
et adduxerunt in montem ſanctum tuum, et in tabernacula
tua. Vides ne, ꝙ non niſi veritas in hunc montem deducit
et adducit? Ipſa ducit, ipſa eſt que perducit. Libenter ſe-
quor veritatem, non habeo ſuſpectum talem ducem. Nouit
veritas ducere, neſcit veritas ſeducere. Sed quid eſt ve-
ritas? Quid tu dicis doctor bone, doctor chriſte. Quid
eſt veritas? Ego ſum, inquit, via et veritas et vita. Sequa-
tur ergo veritatem, qui vult aſcendere in montem iſtum.
Docente euangeliſta didicimus, quia aſſumpſit jheſus di-
ſcipulos ſuos, Petrum videlicet, et Jacobum, et Johan-
nem, et duxit eos in montem excelſum ſeorſum. Ducuntur
ergo diſcipuli jheſu ſaluatoris noſtri surſum et ſeorſum,
ut poſſint apprehendere montem iſtum excelſum. Via ar-
dua, via ſecreta, et multis incognita, que ducit ad montis
huius veſtigia. Illi ſoli, ut arbitror, ſine errorē currūt, illi
ſoli, ſine quocūque obſtaculo, obice, aut impedimento,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

perueniūt, qui xp̄m ſequūtur, q̇ a veritate ducūẗ. Quiſquis
ad alta properas, ſecurus eas, ſi te p̄gcedit veritas: nam
ſine ipſa fruſtra laboras. Tam, non vult fallere, q̄ non
valet falli, veritas. Chriſtum ergo ſequere, ſi non vis erra:
re. Sed ne te pertĕreat, vel retrahat labor itineris, diffi:
cultas aſcenſionis, audi et attende, quis ſit fructus per:
uentōnis. In huius montis cacumine jheſus transfigura-
tur: in ipſo moyſes cum helia videtur, et ſine judice vter:
que cognoſcitur: in ipſo vox patris ad filium auditur.
Quid horum non mirabile? Quid horum non deſiderabi:
le? Vis videre chriſtum tranſfiguratum, aſcende in mon-
tem iſtum, diſce cognoſcere teipſum. Vis videre, et abſq;
vllo indice cognoſcere moyſen et heliam. Vis abſque do:
ctore et ſine expoſitore, intelligere legem et prophetam?
aſcende in montem iſtum, diſce cognoſcere teipſum. Vis
audire paterni ſecreti archanum, aſcende in montem iſtū,
diſce cognoſcere teipſum. De celo enim deſcendit. o. d. t.
p. c. e. a. p. t, o. p. id eſt noſſe teipſum Videſne, adhuc quā:
tum valeat montis huius aſcenſio, q̄ vtilis ſit ſuipſius
plena cognitio? Sed quid hoc eſſe dicimus, quod ſine tri:
bus diſcipulis, in hunc montem aſcendere noluit, nec pluſ-
q̄ tres, ſecum ducere chriſtus queſiuit? Sed forte in hoc
opere docemur, q̄ ſine triplici ſtudio, ad huius cognitōnis
celſitudinem, non perducimur. Per ſtudium operis, per
ſtudium meditatōnis, per ſtudium oratōnis paulatim pro-
mouemur, et quandoque perducimur, ad perfectionem co:
gnitōnis. Multa enim experimur operando, multa inueni-
mus inueſtigando, multa extorquemus orando. Innume:
ra ſiquidē, que nec per experientiā operis, nec per inueſti:
gatōnem ratōnis inuenire valemus, p importunitatē orōis
edoceri meremur, ex reuelatōe diuine īſpiratōis. His t̄bus

comitib⁹ ſibi adiūctis, veritas in nobis proficit, et in alta ſe attollit. et eo vſqȝ ſe ꝑ quotidiana incremēta exaltat, donec ꝓdicti mōtis v̄ticē tāgat. O q̄ mł'tos hodie videm⁹ ſtudioſos in lectōne, deſidioſos in opere, tepidos in oratione, pręſumentes tamen montis huius cacumina poſſe apprehendere. Sed quando queſo apprehendent/ qui chriſtum ducem non habent? Neqȝ em̄ ducit eos chriſtus, qui aſcendere non vult, niſi cum diſcipulis tribus. Iungat ergo ſtudio lectōnis/ ſtudium operis et oratōnis, qui xp̄m quęrit habere ducem itineris/ ductorem aſcenſiōis; abſqȝ dubio, ſine ingenti exercitio/ ſine frequenti ſtudio/ ſine ardenti deſiderio/ ad perfectam ſcientię altitudinem mens non ſubleuatur, quia chriſti veſtigia ꝑfecte non ſequitur, qui viam veritatis haud recte ingreditur. Sed nec hoc ſilendum, q multi montis huius iam ſe credunt apprehendiſſe ſuprema, cum conſtet eos eius vix tetigiſſe extrema. Sit tibi certum ſignum, quia montis huius verticem minime apprehendiſti, ſi xp̄m clarificatum nondum videre meruiſti. Mox vbi te dux tuus chriſtus collocauerit in ſūmo/ apparet tibi in habitu alio, et te coram induitur lumine ſicut veſtimēto: et ſicut euangeliſta teſtatur: fiunt mox veſtimenta eius alba ſicut nix, et qualia non poteſt fullo facere ſuper terram: quia ille diuinę ſapientię ſplendor, q̄ ab alto ſpeculatōnis vertice proſpicitur, omnino diffiniri non poteſt, per humani ſenſus prudentiam. Animaduerte ergo, quia aliam in valle, et aliam veſtem chriſtus habet in monte. In valle ſane habet veſtem integram, ſed in monte tantum habet veſtem glorioſam. Neſcit penitus ſimplex veritas ſciſmatum ſciſſuras, et idcirco ſiue in vallę ſiue in montę non induitur chriſtus niſi veſtes integras Sed multum intereſt, inter veſtem integram, et veſtem glorioſam. Vultis veſtium eius differentiam noſſe, et inter veſtem et veſtem apertam, diſtinctōnem accipere.

Si terrena, inquit, dixi vobis / et non creditis, quomodo ſi
dixero vobis cęleſtia credetis? Diſtingue ergo, inter do-
ctrinam et doctrinam, et inuenies veſtium differentiam. O
quantum eſt, inter doctrinam, qua docentur terrena, et in-
ter doctrinam, qua docentur cęleſtia, et quidem non ſine
xp̄o, quia ſine veritate non cognoſcuntur vel iſta, vel illa.
Quid enim verum ſcitur, vbi veritas non loquitur? Criſtus
ergo eſt, qui docet vtraqꝫ, ſed terrena in valle, et cęleſtia ĩ
monte. Quamdiu ergo adhuc in valle moraris, quamdiu
ad alta non aſcendis, non te docet criſtus, niſi de rebꝰ ter-
renis, et infimis. Sed ſi iam te exiſtimas aſcendiſſe ad cor
altum, et apprehendiſſe montem illum excelſum et magnum,
ſi iam te credis criſtum videre tranſfiguratum, quicquid
in illo videas, quicquid ab illo audias, nõ ei facile credas,
niſi occurrant ei moyſes et Helias. Scimus, quia in ore duo-
rum vel trium ſtat omne teſtimonium. Suſpecta eſt michi
omnis veritas, quam non confirmat ſcripturarũ auctoritas,
nec criſtum in ſua clarificatione recipio, ſi non aſſiſtant ei
moyſes et Helyas. Et in valle, et in montis aſcenſione, cri-
ſtum ſępe recipio ſine teſte. Nunquam autem in montis ver-
tice, vel in ſua clarificatione. Si criſtus docet me, de rebꝰ
exterioribus, vel de intimis meis, facile recipio, utpote in
his quę comprobare poſſum proprio experimento: verum
vbi ad alta mens ducitur, quando de cęleſtibus quęſtio
ventilatur, vbi de profundis rebus agitur in tantę ſublimi-
tatis vertice, non recipio criſtum ſine teſte, nec rata pote-
rit eſſe quãlibet veriſimile, reuelatio, ſine atteſtatione moy-
ſi et Helie, ſine ſcripturarum auctoritate. Adhibeat igitur
ſibi criſtus duo teſtimonia, in tranſfiguratione ſua, ſi vult
vt non ſit michi ſuſpecta claritatis ſue lux, illa tam magna
et tam inſolita. Vt ergo ſecundum huiꝰ documentũ, in ore
duorum vel trium, ſuum confirmet teſtimonium ad compro-
bandam reuelationis ſuę veritatem, nõ ſolum figuratiue,

ſed etiam apertę ſcripturę exhibeat auctoritatē. Pulcrum
ſpectaculū/valdeqꝫ iocundū, cū ĩ reuelatione veritatis, hic
procedet maĩfeſta ratio, et ad cõfirmationē reuelatõis, il-
linc occurrit tam apta q̄ꝫ figurata locutio. Alioq̄n, ab altitu-
dine timebo, verens ne forte ſeducar a demonio meridiano.
Vnde enim tot hereſes, vnde tot errores, niſi quia ſpirit⁹
erroris transfigurat ſe in angelum lucis. Vides certe, quia
vterqꝫ ſe transfigurat, criſt⁹ videlicet et diabol⁹, ſed cri-
ſtus lucis ſuę veritatem confirmat in duobus teſtibus. Ap-
parēt itaqꝫ, moyſes et helyas, cum domino in hoc monte:
apparent autem in maieſtate, non in obſcuritate litterę, ſed
in claritate ſpiritualis intelligentię. Ecce, q̄ꝫ magna ſunt q̄
in hoc monte geruntur, ſed adhuc his maiora ſunt quę ſe-
quntur. Hoc enim totum diſcipuli ſtantes aſpiciunt, non-
dum in faciem cadunt, nondum paterna vox auditur, non-
dum auditor proſternitur, nondum rachel moritur, nõdum
Beniamin naſcitur. Vox enim, vt paterna vox intonuit, di-
ſcipulos proſtrauit. Ad tonitruum itaqꝫ diuinę vocis au-
ditor cadit: quia ad id quod diuinitus inſpiratur, humani
ſenſus capacitas ſuccumbit, et niſi humanę ratiocinationis
anguſtias deſerat, ad capiendum diuinę aſpirationis ar-
chanum intelligentię ſinum non dilatat. Ibi itaqꝫ auditor
cadit, vbi humana ratio deficit. Ibi rachel moritur, vbi Be-
niamin oriatur. Idem itaqꝫ, ni fallor, per mortem rachel, et
caſum diſcipulorum figuratur, niſi qꝫ trium, in tribus diſci-
pulis, ſenſus. videlicet. memorię, rationis, defectus oſtendi-
tur. Ibi enim ſenſus corporeus, ibi exteriorum memoria,
ibi ratio humana intercipitur, vbi mens ſupra ſemetipſam
rapta, in ſuperna eleuatur. Attendamus, q̄ꝫ incomprehenſi-
bile ſit/qꝫ paterna vox inſonuit, et intelligemus, q̄ꝫ recte
auditor ſuccumbit: hic eſt, inquit, filius meus dilectus, ĩ quo
michi complacui. Aliud ē dicere, ꝯplacui, et aliud ē dicere
cõplacuit, et tñ hoc vn⁹, aliud alter euangeliſta poſuit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Conſequens eſt autem, ut ſi ibi veraciter dictum eſt com-
placui, ſenſus qui ab alio euangeliſta ponitur, poſſit vera-
citer intelligi, ſed non poteſt conuerti. Vere et abſq; con-
tradictõne, in ipõ michi complacuit, in quo ipẽ michi com-
placui, ſed non ſtatim in quocunq; michi complacuit, in il-
lo ipẽ michi complacui. Si igitur complacui, ibi dictum nõ
eſſet, nullo modo euangeliſta hoc dicere auderet. Hic eſt,
inquit, filius meus, in quo michi complacui. Certe, ſi filius
aliud q̃ pater eſſet, poſſet patri in filio complacere, ſed
ipẽ ſibi pater in filio complacere non poſſet. Quid eſt di-
cere complacui, niſi quomodo placui michi in memetipſo/
ita placui michi in filio? An forte in eo q̃ dicit, michi com-
placui, in hoc ſuo beneplacito ſocium ſe habere oſtendit?
Quia, quomodo pater complacet in filio, ſic in filio com-
placet et ſpiritui ſancto. Vel forte, idcirco dicitur compla-
cui, ut inde detur intelligi, quia quomodo pater ſibi com-
placet in filio, ſic ſibi nimirum complacet in ſpiritu ſancto.
Quid horum rectius dicitur? An potius totum hoc, q̃ vnũ
horum aliquod, ſingulariter intelligitur? Hec adhuc ver-
ba, aliter atq; aliter diſtingui poſſent, ſi ad myſterij profũ-
ditatem intimandam minus iſta ſufficerẽt. Certum eſt au-
tem, q; quicquid hoꝝ eligit, vnitate ſubſtãtie ĩ diuerſis p-
ſonis aſtruit, ſi recte ĩtelligatur. Nam, illud qđ dicit, hic
eſt filius meus, pſonaꝝ diuerſitatẽ oſtẽdit, vnus em̃ atq;
idẽ ſibiipĩ, et pr̃ et fili9 eẽ nõ poſſet. Sed quis ſenſ9 hoc
capiat, quõ vn9 ad aliũ, ſit alius ĩ pſona. i. ĩ eẽntia? Si ex-
ẽplũ q̃ris, nuſq̃ creatarꝝ ĩueĩs, q̃ tibi ſatiſfacere valeat:
ſi rõz ꝯſulas, ꝯis hũana rõ reclamat. Intm̃ em̃ ẽ iſta aſſer-
tio ſupra omnem humanam rõnez, ut nũq̃ ei rõ acq̃eſceret,
niſi ad hui9 rei ꝯtitudiem fides eam ſubleuaret. Merito
ergo ĩ huius myſterij reuelacõne, auditoꝛ cadit, ſenſus de-
ficit, hũana ratio ſuccumbit. Merito talis reuelatio nõ eſt
facta, niſi in monte, neq; em̃ myſterij huius tam profunda

ſublimitas, et tam ſublimis profunditas, debuit manifeſtari in valle. Qui enī conuerſatōne vel cogitatōne adhuc in imo ſūt, huius muneris dignacōne indignos ſe eſſe oſtendunt: aſcendat ergo homo ad cor altum, aſcendat in mōtem iſtū, ſi vult illa cape, ſi vult illa cognoſcere, quę ſunt ſupra ſenſum humanum. Aſcendat per ſemetipm ſupra ſemetipm, per cognitōnem ſui, ad cognitōnem dei. Diſcat prius homo in dei imagine, diſcat in eius ſimilitudīe, quid debeat de deo cogitare. Montis aſcenſio, ut dictum eſt, ptinet ad cognitōnem ſui: ea quę ſupra montem geruntur prouehunt ad cognitōnem dei. Illud ad Joſeph, iſta ad Beniamin ptinere, dubium non eſt: ante Beniamin joſeph naſci neceſſe eſt. Mens quę ſe ad ſui conſideratōnem non ſubleuat, quando ad ea quę ſupra ipām ſunt, penna contemplationis euolat? In hunc montem dn̄s deſcendit, moyſes aſcēdit. In hoc monte, de tabernaculi conſtructōne dominus docuit, moyſes didicit. Quid per tabernaculum fęderis/ niſi ſtatus intelligitur pfectōnis? Qui igitur montem aſcēdit, qui diligenter attendit, qui diutius quęrit, qui tandē inuenit, qualis ſit, reſtat, ut ex diuina reuelatōne cognoſcat, qualis eſſe debeat, quale mentis ędificium deo preparare, quibus obſequijs deum placare oporteat. Mens igitur, quę adhuc per varia deſideria ſpargitur, quę varijs cogitatōnibus huc illucq; diſtrahitur, quando putas hāc gratiam accipe merebitur? Quę nondum poteſt ſeipām in vnum colligere: quę necdum nouit ad ſeipām intrare, qn̄ poterit ad ea, quę ſupra ipām ſunt, per contemplacōnem aſcendere? Diſcat ergo, diſperſiones jſrahelis congregare, ſtudeat euagatōnes mentis reſtringere, aſſueſcat in intimis ſuis immorari, exteriora oīa obliuiſci, qui ad cęleſtium contemplatōnem anhelat, qui in diuinorum noticiam ſuſpirat. Faciat eccleſiam, non ſolum deſideriorum, verum etiam cogitationū, ut diſcat, veꝝ bonū ſolū amare, et ipm

ſolum indeſinenter cogitare. In eccleſijs, inquit, benedici
te deo. In hac nanq; gemina eccleſia, cogitacõnũ videlicz
et deſideriorũ, in hac gemina vnanimitate, ſtudiorum et vo-
luntatum, Beniamin in exceſſum rapitur, et mens diuinitus
afflata in ſuperna eleuatur. Ibi, inquit, Beniamin adoleſ-
centulus in mentis exceſſu, vbi putas niſi in eccleſijs? In
eccleſijs benedicite deo domino, de fon. iſrahel, ibi Benia-
min adoleſcentulus in mentis exceſſu. Prius tñ eſt cuiqz, ut
faciat de cogitatõibus, vel de deſiderijs ſuis ſynagogam,
q̃ eccleſiam. Noſtis ſatis, q; ſynagoga/congregacõ, eccle-
cleſia/interpretatur conuocatio. Aliud eſt, ſine voluntate,
ſeu contra voluntatem, aliqua in vnum cogere, atqz aliud
p̃ ſeipa ad nutum iubentis ſponte occurrere: inſenſibilia
et bruta congregari poſſunt, conuocari autem non pñt.
Sed et ipſorum quoqz ratõnalium concurſus, ſpontaneo
nutu fit, ut iure conuocatio dici poſſit. Vides quantum ſit,
inter conuocacõnem, et congregatõnez: inter eccleſiam et
ſynagogam. Si ergo perſenſeris deſideria tua, circa exte-
riores delectatõnes affici, et cogitatõnes tuas in eis iugi-
ter occupari, cum magna ſollicitudine compelle intrare,
ut poſſis ſaltim ex eis interim ſynagogam facere. Quotiẽs
eñ euagatõnes mentis in vnum colligimus, et oĩes cor-
dis motus in vno eternitatis deſiderio figimus, quid aliud
q̃ de illa interna familia ſynagogam facimus. Sed cum
iam illa deſideriorũ cogitatõnũqz frequẽtia, illius interne
dulcedinis deguſtatõne allecti, ad nutum ratõnis ſponte
occurrere, et in intimis fixa ſtare didicerit, eccľie vtiqz no-
mine vlterius digne cenſeri poterit. Diſcamus ergo ſola inte-
riora bona amare, diſcamus ſola illa frequẽtius cogitare, et
quales Beniamin diligere ſciamus, procul dubio eccľias effici-
mus. In hm̃oi ſiquidẽ eccleſijs Beniamin libẽter immoratur,
mirabiliter delectatur, et cum ſeipm̃ pre gaudio iam cape-
re non poſſit, ſupra ſeipm̃ ducitur, et per exceſſum mentis

in ſumma eleuatur. Niſi em̄ in interiorum contemplatōnē Beniamin noſter delectabiliter requieſceret, de eo procul dubio per moyſen ſcriptum non eſſet. Beniamin, ait, amātiſſimus dn̄i, habitabit in eo confidenter, tota die quaſi in thalamo cōmorabitur, et inter humeros illius requieſcet. Quid putas cauſe eſt, q̄ iſte Beniamin tota die in thalamo moram facit, q̄ ibi iugiter requieſcit, intantum/ut nec ad horam ſaltem exire velit? Illud autem ſcimus, q̄ in talamis ſoleant ſponſus et ſponſa ſimul morari, amoris obſequijs in alterutrū occupari, mutuis amplexibus, et caritate alterna confoueri. Mirande ergo pulcritudinis, et forme ſingularis (ni fallor) p̄rogatiua pollet, quecunq; ſit illa Beniamin nr̄i dilecta, cuius contuberniū faſtidire nunq̄ valet, a cuius amplexibus, nec ad horam abeſſe volet. Sed ſi iam vocem illam huius Beniamin eſſe agnoſcim⁹, quante pulcritudinis ſit eius dilecta, minime dubitamus. Dixi ſapientie, ſoror mea es, et prudentiam vocaui amicā meam. Vultis audire, q̄ non poſſit faſtidire huius dilecte ſue pulcritudinem, quam ſororem et amicā vocat, p̄pter caſtam et ardentiſſimā dilectōnē. Intrās in domū meā, inquit, ɔquieſcā cū illa. Non em̄ habet amaritudinē, ɔuerſatio illius, nec tediū ɔuictus ipſius, ſed leticiā et gaudiū, et in amicitia illius delectatō bona. Diſcat quiſq; quod ſentiat, ego aliā cauſam non inuenio, que illum intrinſecus ita ligatum teneat, ut nec ad modicū quidē exire valeat. Vnū autem ſcio, q̄ quiſquis hmōi amice deſiderio flag̃t, quāto eam familiarius nouit, tanto amplius amat, et quo frequentius eius fruitur amplexibus, eo vehementius ei⁹ deſiderio eſtuat. Eius ſiquidē frequēs ɔtuberniū, ſolet ſane deſideriū non minuere ſed augere, et amoris incendium acrius inflāmare. Mirū ergo nō eſt, cur iſte Beniamin tota die, quaſi in thalamo ɔmorat̄, qui talis ſpōſe dulcedīe fruit̄, et int̄ hūeros illi⁹ requieſcēs, ei⁹ amore iugit̄ delcāt̄.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quam putas frequentes mentis exceſſus patitur, q̄ ſepe in
extaſim raptus ſupra ſeipm̄ ducitur, dum pulcritudis eius
magnitudine attonitus/in eius ammiratōne ſuſpenditur,
et impletur abſq; dubio quod de eo legit. Beniamin ado:
leſcētulus in mentis exceſſu. Notandū ſane, quomō ſibi oc-
currant teſtimonia ſcripturaꝝ. Quod enim ꝑpheta, p rach-
elis interitū, qd̄ euangeliſta p caſum deſignat diſciploꝝ,
hoc pſalmiſta exprimit in Beniamin, p mentis exceſſum.
Poſſumus tamen, p mortē rachel, et p exceſſum Beniamin/
diuerſa ꝯtemplationū genera non incōuenienter intellige-
re. Conſtat ſiquidem duo ꝯtemplationū genera ſupra ra:
tōnem eſſe, et vtrunq; ad Beniamin pertinere. Et primum
quidem, eſt ſupra ratōnem, ſed non preter ratōnem.
ſecundum autem, et ſupra ratōnem, et preter ratōnem. Il:
la ſane ſupra ratōnem/ſed p̄ter ratōnem non ſunt, que q̄:
uis ratō patitur eſſe, nulla tamen humana ratōne inueſti:
gari vel conuinci poſſunt. Illa tamen dicimus, et ſupra ratō-
nem, et p̄ter ratōnem eſſe/quibus videtur om̄is ratō huma-
na contraire: qualia ſunt ea, que de trinitatis vnitate cre:
dimus, et multa que de corpe xp̄i / indubitata fidei aucte
tenem᷒. Qꝫ enī in vna et ſimplici eſſentia triplex pſona ſit,
vel qꝫ vnū idemq; corpus/eodem in tpe/in diuerſis locis eſ-
ſe poſſit/nulla humana ratō patitur: et hm̄odi aſſertōni:
bus om̄is humana ratōcinatō reclamare videtur. Hec ſūt
itaq; duo illa genera ꝯtemplationū, quoꝝ vnū ad mortem
rachel, alterū ptinet ad Beniamin exceſſum. In primo Be:
niamin interficit matrem, vbi omnē ſupgredit ratōnem. In
ſecundo autem, etiam excedit ſeipm̄, vbi in eo quod ex diui-
na reuelatōne cognoſcit, humane intelligentie modū tranſ
cendit. Hoc autem, non ſolum in Beniamin/ſed et in omībuſ
fratribus eius oportet attendere, imo in innumeris ſcriptu:
rarum locis diligenter obſeruare, quomodo ſoleat ſcrip:
tura diuina, circa eandem rem, nūc ſignificacōnē extēdere,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

modo reſtringere, uel etiam mutare. Solet etiam hos al-
ternantium ſignificatōnum modos/modis multis deter-
minare, et modo ꝑ locum, modo ꝑ actum, vel alijs quibuſ-
qꝫ circūſtantijs ſenſum ſuū apire. Per locū determinatur,
ſicut eſt illud, vbi Beniamin in egyptū deſcendiſſe legitur.
Per actum/ſicut ibi/vbi Joſeph et Beniamin in mutuos am-
plexus ruūt, et alterna oſcula iungūt. Quid eſt Beniamin
in egyptum deſcendere, niſi ab eternoꝝ contemplatōe/ad
temporalia contemplanda, intuitum mentis reuocare? et
ab eternitatis luce, quaſi de vertice celi, vſqꝫ ad mutabi-
litatis tenebras, intelligentie radios deponere, et interna
alternantiū rerum confuſione, diuinoꝝ iudicioꝝ ratōnem
perpendere, et ex magna parte penetrare? Et quid eſt, q̄
Joſeph et Beniamin conueniūt, et oſcula iungunt/niſi q̄ me-
ditatio et contemplatō ſepe inuicem ſibi cum ratōnis at-
teſtatōne occurrūt? Nam, quantū ad generalem conſide-
ratōnem ꝑtinet, ſicut per Beniamin gratia contemplatō-
nis/ſic per Joſeph intelligi valet gratia meditatōnis. Pro-
prie tamen et expreſſius, ꝑ Beniamin deſignatur intelligē-
tia pura, ꝑ ioſeph vero prudentia vera. Per Beniamin ſcꝫ,
illud genus contemplatōnis, quod eſt de inuiſibilibus, ꝑ
Joſeph illud genus meditatōnis, quod eſt in moribus. Cō-
prehenſio ſiquidem rerum inuiſibiliū, ꝑtinet ad intelligen-
tiam puram: circumſpectio vero morum, ꝑtinet ad pruden-
tiam veram. Intelligentiam puram dicimus, que eſt ſine
ammixtione imaginatōnis. Prudentiā aūt veram/ad diffe-
rentiam eius, que dicitur prudentia carnis. Prudentia vera
eſt, de acquirendis, multiplicandis, conſeruādis, veris bo-
nis. Prudentia aūt carnis eſt, de bonis tranſitorijs, ſcd̄m
quam filij huius ſeculi dicuntur prudentiores filijs lucis.
Totiens ergo ioſeph ſup collum Beniamin ruit, quotiens
meditatio in contemplatōnem defluit. Tunc Beniamin fra-
trem ſuū ſup ſe ruentē excipit, q̄n ex ſtudio meditatōnis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

animus in contemplatonem ſurgit. Tunc Beniamin et Io-
ſeph oſcula iungunt/ qn diuina reuelato et humana rato-
cinato in vna veritatis atteſtatone conſentiunt. Videsne,
quo diuina ſcriptura circa vnam eandemq3 rem ſignificatois
modum alternat: vbiq3 tame aliquid adiungit, vnde ſenſum
ſuum ex toto latere non ſinat. In morte rachel/ contempla-
tio ſupra ratonem aſcendit, In introitu Beniamin in egyp-
tum contemplatio vſq3 ad imaginatonem deſcendit, In de-
oſculatone Beniamin et Ioſeph/ diuine reuelatoni huma-
na ratio applaudit. Finit tractatus de Lya et Rachel.

Miſterium de numero procedentium ad pugnam cum gedeon.

Et factus eſt numerus eorum, qui lamberunt lingua
ſua, trecenti viri. Pleriq3 latini codices non habent,
manu ſua, ſed tantummodo, lingua ſua, quam ſic intellex-
erunt, quod ſupra dictum eſt, ſicut canes. Grecus autem
vtrumq3 habet, manu ſua, lingua ſua, niſi intelligatur, q7 ma
nu aquam raptam in os proiiciebant: et hoc erat ſimile cani-
bus bibentibus, qui non ore appoſito, ſicut boues, aquam
ducunt quam bibunt, ſed lingua in os rapiunt: ſicut etiam iſti feciſſe i-
telliguntur, ut ſcilicet cum manu aquam in os proicerent, quam
lingua exciperent. Nam, et interpretatio ex hebreo planius
habet, his verbis. Fuit itaq3 numerus eorum, qui manu in os
proiicientes aquam lamberunt, ccc. viri. Neq3 enim ſolent
homines ita bibere, ut ſine ope manus/ lingua ſicut canes
aquam hauriant: aut vero iſtis pceptum erat, ut hoc facerent,
ſed cum ad bibendum deſcendiſſent ad aquam, multi genufle
xo biberunt, quod facilius et minore labore fieret. Pauci
vero, q3 non genuflexo ſe incuruauerunt, ut canes biberunt.
ſed aquam in os iactam (quorum numerus q3 trecenti erant)
ſignum inſinuat crucis, propter litteram tau grecam. Quo numero
etiam gentes magis in crucifixum credituras eſſe, pfiguratum
eſt, quod littera greca eſt, vnde grecorum nomine apoſtolus omnes
gentes ſignificat, cum dicit. Iudeo primum et greco. et iudeis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et grecis. ſepe ita commemorans, circumciſionem et preputium, q̄ in linguis gentiū greca ita excellat, ut p̄ hanc oēs decenter ſignificent. Iſte numerus, et in vernaculis abrahe animaduertēdus eſt, p̄ quos fratrem ab hoſtibus liberauit, qn̄ eum Melchiſedech in magno myſterio benedixit. Quod eni exuberāt illic .xviij: nam .ccc. et .xviij fuiſſe referuntur: videtur michi fuiſſe ſignificatū, quo etiam tp̄e fieret, id eſt tercio, quod futurū erat ſub gratia. Nam primum eſt ante legem, ſecundū ſub lege, terciū ſub gratia. Singula vero tp̄a, ſenario numero ſignificata ſunt, p̄pter p̄fectōnem. Nam ter ſeni .xviij. ſunt. Unde et illa mulier .xviij. annos habebat in infirmitate, quam curuam ſaluator cum inueniſſet/ erexit, at a dyaboli alligamēto (ut euāgelium indicat) ſoluit. Q̄ vero ita iſti probati ſunt,/ per quos vinceret gedeon, ut ſimiles in bibendo canibus dicerentur, ſignificat, q̄ contemptibilia et ignobilia elegit deus. Pro contemptu eni habentur canes. Unde dicit. Non eſt bonum ſumere panē filiorum, et mittere canibus.

Quid eſt, q̄ quieuerit terra .xl. annis, poſt peccatum gedeon.

Non p̄termittēda videtur queſtio, quō quieuerit t̄ra .xl. annis, poſt peccatū gedeon, cum poſt victoriā qua liberauit hebreos, ex auro ſpoliorum fecerit abhominationem, et poſt illam fornicatus fuerit omis iſrahel, et fuerit illi, et domui eius in ſcandalū. Quō ergo poſt hoc tm̄ nephas, quod et gedeon et populus cōmiſit, requieuit terra .xl. annis: cum hoc ſcriptura ſoleat oſtēdere, cum a dn̄o deo populus fornicaretur, tūc potius pacem illos p̄dere/ non acquirere, et hoſtibus ſubiugari, non ab hoſtiū infeſtatōne muniri. Sed intelligendū eſt, ſicut ſolet ſcriptura, p̄ prolempſim/ id eſt/ p̄ p̄occupatōem dixiſſe, q̄ fecerit ephod, contra dei legem gedeon, ex illo auro quod fuerat hoſtibus deuictis ablatū: q̄ uno loco dicere voluit, et unde erat

aurum, et quid de illo factum ſit. Sed poſtea factum eſt ī fine dierum gedeon hoc peccatum, quando conſequta ſunt, etiam mala, que deinde ſcriptura contexuit, poſtea quā cōmemorauit, quot annis in diebus gedeon terra conquieuerit, quos annos recapitulando cōmemorauit, id eſt, ad ordinem quem pretererat, prius dicendo de illo ſcandalo, quod nouiſſime factum eſt.

¶ Miſterium de filia Jepte.

De filia Jepte, q̄ eam pater in holocauſtoma obtulit deo, quoniam ī bello vouerat, ſi iuuaſſet eum ſe holocauſtoma oblaturum, qui ſibi de domo exiens occurriſſet. quod cum vouiſſet, vicit, et occurrente ſibi filia, quod vouerat reddidit. Solet eſſe magna, et ad diiudicādum difficillima queſtio: quibuſdā, quid ſibi hoc velit noſſe cupientibus, et pie querentibus: quibuſdā vero, qui ſcripturis hic ſanctis imperita impietate aduerſātur. Hic maxime in crimen vocantibus, quod legis et ꝓphetarum, deus, etiam humanis ſacrificijs fuerit delectatus. Quoꝝ calumnijs ſic primitus reſpondemus, vt deum legis et ꝓphetarum, atq̄ (ut expreſſius dicam) abraham, et deū yſaac, et deum jacob, nec illa ſacrifitia delectauerūt, vbi pecoꝝ holocauſta offerebantur: ſed q̄ ſignificatiua fuerint, et quedam vmbre futuroꝝ, res ipſas nobis, que his ſacrificijs ſignificabantur, cōmendare voluiſſe. Fuiſſe autem etiam iſtam vtilē cauſam, cur illa mutarentur, nec modo iuberentur offerri, īmo prohiberentur, nec vere ſcd'm carnalem affectum talibus deū delectari putarem?. Sed vtrum etiam humanis ſacrificijs ſigficari futura oportuerit merito q̄rit. Neq̄ mortes hoīm quenq̄ mortuoꝝ, ī hac cauſa exhorreſcere et formidare deberemus, ſi illi qui hec de ſe fieri gratanter acciperent, in eternam remuneratonē cōmendarentur deo. Sed ſi hoc verum eſſet, hoc genus ſacrificiorum deo non diſpliceret. Diſplicere autem deo, ſatis euidenter ead'ē ſcriptura teſtat,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nam, cum omnia primogenita ſibi dicari, et ſua eſſe volu-
erit atꝫ preceperit, redimi tantum a ſe voluit, primogeni-
ta hominū, ne immolandos deo crederent filios ſuos, quos
natos primitus ſuſcepiſſent. Deinde hoc apertius ita loq-
tur, ꝙ humana holocauſta ſic deus improbet, vt prohibe-
at, deteſtans ea in alijs gentibus, et populo ſuo precipiens
ne audeat imitari. Attende, inquit, tibi ipi ne ſequaris gen-
tes, poſtq̃ exterminate fuerit a facie tua, ne exquiras deos
eorum, dicens, quemadmodum faciunt gentes dijs ſuis faci-
am et ego, non facies ita dn̄o deo tuo. Abhominamēta eī,
que dominus odit, fecerunt dijs ſuis, quoniam et filios ſu-
os et filias comburunt igni. Quid euidentius oſtendi po-
teſt hijs ſancte ſcripture teſtimonijs, vt alia huiuſcemodi
omittamus, ꝙ dominū, a quo hec ſcriptura, humano generi
attributa eſt, non ſolum non diligere, verumetiam odiſſe ta-
lia ſacrifitia, in quibus homines immolantur. Illa plane di-
ligit et coronat, cum quiſꝫ iuſtus in iniquitatem, patiens
uſꝫ ad mortem, pro veritate decertat: vel ab inimicis, quos
pro iuſticia offendit, occiditur, retribuēs eis bona pro ma-
lis, id eſt, pro odio dilectionem. Talem, dicit dn̄s, ſanguinē
iuſtum, a ſanguine abel, vſꝫ ad ſanguinē zacharie. Preci-
pue aūt, ꝙ ſanguinē fudit ipe pro nobis, et ſacrificium ſeip-
ſam obtulit deo: ſic vtiꝫ obtulit, vt ab inimicis pro iuſticia
occideretur. Hunc imitata mrm̄ milia, vſꝫ ad mortem pro
veritate certarunt, et ab inimicis ſeuiētibus immolata ſūt.
De quibus dicit ſcriptura: Tanq̃ aurum in fornace proba-
uit eos, et ſicut holocauſti hoſtiam accepit illos. Vnde et
apoſtolus dicit: Ego enim iam immolor: ſed non ſic Jepte
de filia fecit holocauſtoma domino: ſed ſicut preceptum
fuerat pecora offerri, et prohibitum fuerat homines immo-
lari. Magis hoc illi ſimile videtur, quod fecit abraham, ꝙ
dominus ſpecialiter fieri precepit, non generali lege: ſꝫ ta-
lia ſibi ſacrificia fierent, aliquando mandauit, imo etiam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fieri prohibuit. Diſtat itaqꝫ hoc, quod fecit Jepte, a facto
abrahe: qm̄ ipe iuſſus obtulit filiū, iſte aūt fecit quod et le-
ge vetabatur, et nullo ſpeciali iubebatur impio. Deinde
non ſolum in ſua lege poſtea, verū etiam tunc dn̄s in ipo a-
brahe filio, talibus ſacrificijs q̄ non delectaretur oſten-
dit, cum patrē, cuius fidem iubendo probauerat, a filij tn̄
interfectōne prohibuit, et arietem, quo ſacrificiū licite ſe-
cundum veterum ꝯgruentiam tꝑibus conſuetā, compleret
appoſuit. Si aūt hoc quēpiam mouet, quomō pie credide-
rit abraham, deum talibus ſacrificijs delectari, ſi hec illici-
te offerūtur deo: et ideo recte putant, credidiſſe etiā Jepte,
q̄ tale ſacrificiū deo poſſet eſſe acceptū: primo cōſideret,
aliud eſſe vltro vouere, aliud iubenti obtempare. Non enī,
ſi aliquid ꝑter morem in domo, a dn̄o inſtitutum, ſeruo iu-
betur, atqꝫ id laudabili obedientia facit, ideo non eſt ple-
ctenda, ſi hoc ſponte preſumpſerit. Deinde habebat, q̄ cre-
deret abraham, ut ꝓpter diuinū impiū non pderet filio, nō
credens deum tales victimas libenter accipe: ſed hoc eum
ꝓpterea iuſſiſſe, ut reſuſcitaret occiſum, et huic aliquid tā
q̄ deus ſapiens demonſtraret. Nam hoc de illo etiā in epi-
ſtola legitur, que inſcribitur ad hebreos: et fides eius, q̄
hic de deo crediderit, q̄ poſſet filiū eius ſuſcitare, laudat.
Iſte vero, et deo non iubente neqꝫ poſcente, et contra le-
gitimum eius ꝑceptū, vltro ſacrificiū vouit humanū. Sicut
enī ſcriptū eſt: et vouit Jepte uotū domino, et dixit: Si tra-
ditōne tradideris michi filios ammon, quicūqꝫ exierit de
ianuis domus mee in obuiam mihi, in reuertēdo me a filijs
ammon in pace, offeram eum holocauſtoma dn̄o: non vtiqꝫ
his verbis pecus aliquod vouit, quod ſcd̄ꝫ legem holocau-
ſtoma poſſet offerre. Neqꝫ enī eſt aut fuit conſuetudinis,
ut redeūtibus cū victoria de bello ducibus, pecora occur-
rerent. Quantū aūt attinet ad muta animalia, canes ſolēt
dn̄is blando famulatu alludentes, currere in obuiam. De

quibus ille in ſuo voto cogitare n̄ poſſet, ne in iniuriā dei
aliquid, nō ſolū illicitū/verũetiā ɔtemptibile, et ſcd̄m legē
immundū, vouiſſe videretur. Nec ait, quodcūqȝ exierit de
ianuis domus mee in obuiā michi/offeram illud holocau-
ſtoma: ſed ait: quicūqȝ exierit in obuiam michi/offerā eū.
Vbi procul dubio, nichil aliud q̄ȝ hominem cogitauit: non
tamen fortaſſe vnicā filiam, quanq̄ȝ illam in tanta paterna
gloria quis poſſet anteire, niſi forte vxor. Nam, qȝ nō dixit
quecūqȝ, ſed quicūqȝ exierit de ianuis domus mee, ſolet
ſcriptura pro quolibet ſexu, maſculinū genus ponere: ſicut
de abraham dictū eſt, ſurgens a mortuo/cū eius vxor mor-
tua fuiſet. Quia ergo, de hoc voto atqȝ facto nichil videt̃
ſcriptura iudicaſſe, ſicut de abraham, qn̄ filiū iuſſus obtu-
lit, aptiſſime iudicauit: ſed tm̄modo ſcriptū reliquiſſe, legē-
tibus iudicandū. quemadmodū de facto Jude filij Jacob,
qn̄ ad nurū quidē neſcius intrauit, verum quantū in ipo
fuit/fornicat9 fuit, qȝ meretricē putauit: neqȝ approbauit
hoc ſcriptura, neqȝ reprobauit, ſed iuſticia, et dei lege con-
ſulta, eſtimandū penſandūqȝ dimiſit: qȝ ergo de iſto Jepte
facto in neutrā p̄tem ſententiā ſcriptura dei protulit, ut
noſter ſenſus in iudicando exerceret̃. Poſſemus iam dice-
re, deo diſplicuiſſe tale votū, et ad illā p̄ductū fuiſſe vindi-
ctam, ut potiſſimū filia vnica occurreret. Quod ſi ſperaſ-
ſet atqȝ voluiſſet/non ɔtinuo ut eam vidit, ſcidiſſet veſti-
menta ſua atqȝ dixiſſet, heu mi filia, impediſti me, in offē-
diculū facta es in oculis meis. Deinde. lx. dierū, tam lon-
ga dilatōne data filie ſue, dn̄s eum ab vnice cariſſime ne-
ce non prohibuerit, ſicut prohibuit abraham, donec p̄ficiē-
do quod vouerat, ſeipm̄ p̄cuteret orbitate grauiſſima. De-
um aūt nequaq̄ȝ hoīs immolatōne placaret, et ideo hui9-
cemodi patri p̄nam fuiſſe retributā, ne impunitū talis vo-
ti rel inqueretur exemplum, ne aut magnū aliquid ſe voue-
re deo putarent homines, cū victimas humanas vouerent,

et quod eſt horribilius, filiorum, aut non vera / ſed potius
ſimulata eadem vota eſſent, cū velut exemplo abrahe ſpe-
rarent, qui nouiſſent deum prohibiturum talia vota com-
pleri. Poſſemus, inquam, hoc dicere, niſi ab iſta ſententia/
duo nos precipue diuinarum ſcripturarum teſtimonia re-
uocarent, ut hanc rem geſtam / in libris tante auctoritatis
memorie commendatam/ diligentius, quantū dominus ad-
iuuat, et cautius perſcrutemur/ ne in vllam partem iudici-
um temerarium proferamus. Vnum, quod in epiſtola ad he-
breos iſte Jepte inter tales commemoratur, ut eum culpa-
re vereamur, vbi ſcriptū eſt: et quid adhuc dicam, deficit
enim me tempus enarrandi, de gedeon, barach, ſampſon,
jepte, et dauid, et ſamuel, et prophetis, qui per fidem de-
uicerunt regna, opantes iuſticiam, conſecuti ſunt promiſſi-
ones. Alterum, q̄ vbi de illo iſta narrantur, q̄ tale vouerit
et impleuerit votū, premiſit ſcriptura, dicens: Et factus eſt
ſup Jepte ſpiritus domini, et perrexit galaad, et manaſſe:
et tranſijt ſpeculā galaad, et de ſpecula galaad ad trāſfi-
lios ammon. et vouit Jepte votum domino: et cetera ad ip-
ſum votum pertinentia, ut omnia, que deinceps facta ſunt,
tanquam opera ſpiritus domini, qui ſuper eum factus eſt
intelligenda videantur. Iſta teſtimonia nos compellunt
querere potius cur factum ſit, q̄ facile improbare cur fac-
tum ſit. Sed primo, illud quod ex epiſtola que ad hebreos
eſt, commemoraui, inter illos laudabiles viros, qui ibidem
cōmemorantur, non ſolum eſt Jepte/ verum etiam gedeon,
de quo ſimiliter ſcriptura dicit; Spiritus domini confor-
tauit gedeon, et tamen eius factum, quod de illo auro ope-
ratus eſt effod, et fornicatus eſt poſt illud omnis jſrahel,
et factum eſt domui gedeon in ſcandalum: non ſolum lau-
dare non poſſumus, verum etiā, quia ſcriptura hinc apertiſſi-
me indicauit/ reprobare minime dubitamus. Nec tamē ex
hoc vlla fit iniuria ſpiritui domini, qui eum confortauit, ut

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hoſtes populi eius tāta facilitate ſuperet. Cur ergo inter eos commemoratur, qui per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſticiam: niſi quia ſancta ſcriptura, quorum fidem atq; iuſticiam veraciter laudat, non hinc impeditur eorum etiam peccata, ſi qua nouit et oportere, iudicat notare veraciter? Nam, et in eo, q᷑ idem gedeon ſignum petens temptauit in vellere, neſcio vtrum non fuerit tranſgreſſus p̄ceptum, quo ſcriptum eſt: non temptabis dominum deum tuum. Verumtamen etiam in eius temptatione dominus, quod prenunciare volebat, oſtendit. In compluto ſcilicet vellere, et area tota circumquaq; ſicca, figurare primum populum iſrahel, vbi erant ſancti, celeſti tanquam pluuia ſpirituali, et poſtea compluta area, ſicco vellere, figurare eccleſiam toto orbe diffuſam, habentem non in vellere, tā quam in velamine, ſed in aperto, celeſtem gratiam, illo priore populo, velut ab euiſdem gratie rore ſiccato atq; alienato. Nec tamen fruſtra, inter fideles et operantes iuſticiam, propter bonam fidelemq; vitam, in qua eum credendū eſt eſſe defunctum, tale in epiſtola ad hebreos meruit teſtimonium. Vtrum aūt, q᷑ poſtea q̄ dictum eſt, factus eſt ſup̄ Jepte ſpiritus domini, ea ſecuta ſunt, ut votum illud voueret, et quod vouerat redderet, ſpiritui domini omnia deputanda ſint, ut perinde habeatur hoc ſacrificium, tanq̄ id dominus, ſicut abrahe fieri iuſſerit, non facile dixerim. cum vtiq; de gedeon poſſit hec afferri differentia, q᷑ peccatum quod fecit, quando fecit effod, nulla eſt eius cōmemorata proſperitas: poſtea vero q̄ Jepte votum vouit, illa eſt inſignis eius victoria conſecuta, ꝓpter quam adipiſcendam vouerat, et qua adepta, quod vouerat ſoluit. Rurſus eīm conſiderandum eſt, q᷑ gedeon, et ſi non poſtea, q̄ fecit effod, tamen poſtea, q̄ temptauit dominum (quod vtiq; ē peccatum) magnas ſtrages, hoſtibus ceſis atq; ſuperatis fecit, ac populo ſalutem acquiſiuit. Sic enim ſcriptum eſt:

Non iraſcatur indignatio tua in me, et temptabo adhuc ſemel in vellere. Iram quippe dei metuebat, quia nouerat ſe temptando peccare, quod deus in lege ſua manifeſtiſſime prohibet. Hoc tamen eius peccatum, et mirabilis ſigni euidentia, et magna victorie proſperitas, liberatõniſqꝫ populi, conſecuta eſt. Iam enim deus ſtatuerat, afflicto populo ſubuenire, atqꝫ huius ducis, quem ad hoc opus aſſũpſerat, vtebatur animo, non ſolum fideli et pio, verꝫ etiam ſub deficiente et delinquente, et ad prenuncianda, que volebat, et complenda, que dixerat. Non enim per iſtos tantum, qui etiam ſi peccauerunt, inter iuſtos tamen narrantur, ſed etiam per ipſum ſaulem omnimodis reprobatum, multa deus populo ſuo preſtitit. In quem inſiluit etiam ſpiritus domini, et prophetauit: non cum iuſte ageret, ſed cum in virum ſanctum Dauid, innocentemqꝫ, ſequeret. Agit enim ſpiritus domini, et per bonos et per malos, et per ſcientes et neſcientes, quod agendum nouit et ſtatuit: qui etiam per caipham, acerrimum domini perſecutorem (neſcientem dixerit) inſignem protulit prophetiam, q̄ oporteret chriſtum mori pro gente. Quis enim egit, niſi ſpiritus domini, curans pronunciare ventura, ut iudici gedeon volenti temptare dominum, et non credenti, q̄ fuerat ei, per manũ eius de ſalute populi locutus, hoc potiſſimum, de vellere compluto poſtmodum ſicco, et de area primum ſicca poſtea rigata, veniret in mentem, ut ſub deficiente a fide, infirmitati eius delictoqꝫ deputetur. Q̄ vero etiam tali eius animo, ad hoc quod generi humano ſignificari oportebat, vſus eſt deus, ad eius intelligatur miſericordiam et mirabilem prouidentiam pertinere. Si quis autem dicit ſcientẽ omnia feciſſe et dixiſſe gedeon, ex reuelacõne prophetica, ut per eum talia ſigna monſtrarentur, nec defeciſſe a fide, et quod ei promiſerat dominus credidiſſe, ſed auctione prophica, in vellere voluiſſe tẽptare: atqꝫ ita illius tẽptatõe

fuiſſe inculpabilem: ſicut dolum Jacob. Et illud quod do-
mino ait: non iraſcatur indignatō tua in me, non ideo di-
xiſſe, q̄ iram eius timeret, ſed q̄ eum conſideret non iraſci,
cum ea facere, que ſpiritu eius dictante, facienda eſſe, tan-
quam propheta dicat, ut videatur, dummodo illud quod
de facto eſſod ſcriptura ipſa culpauit, quodlibet ſignifi-
cet, non audeat excuſare a peccato. Nam et illud, quod tre-
centi viri, ad ſignum crucis ipō numero pertinentes, idrias
fictiles acceperunt, eiſq̄ʒ ardentes faculas incluſerūt, qui-
bus idrijs fractis, repente lumina numeroſe micantia, tan-
tā hoſtiū multitudinē terruerīt, tāq̄ȝ ex ſuo arbitrio videt
feciſſe gedeō. Nō eīm ſcriptura dicit, dn̄m āmonuiſſe, ut hoc
faceret: et tn̄ tā grāde ſignū, quis eꝰ aīo atʒ ɔſilio faciēdū,
niſi dn̄s inſpirauit, q̄ p̄figurauit, ſanctos ſuos theſaurꝝ euā-
gelici lumīs ī vaſis fictilibus habituros? Unde dicit apl'us:
Habemꝰ theſaurū iſtū in vaſis fictilibꝰ, Quibus ī paſſiōʒ
martyrij, tāq̄ȝ vaſculis fractis, maioꝛ eoꝝ gloꝛie fulgoꝛ emi-
cuit, q̄ ipſos euāgelice p̄dicatōis inimicos inopīata illis xp̄i
claritate ſupauit. Seu ergo, p ſciētes, ſeu p neſciētes p̄di-
catōʒ p̄figuracōʒq̄ʒ futurorꝝ, ſp̄us dn̄i propheticis tēpori-
bus opatus eſt, Nec ideo peccata eoꝝ dicendū eſt, nō fuiſ
ſe peccata: q̄ʒ et deus, qui et malis nr̄is bene vti nouit, etiā
ip̄is eoꝝ peccatis, vſus eſt ad ſignificāda que voluit. Pro-
inde, ſi propterea peccatum non fuit, ſiue cuiuſlibet necis
humane, ſiue etiā parricidale ſacrificiū, vel vouere vel red-
dere: q̄ʒ magnū aliquid et ſp̄uale ſignificauit, fruſtra deus
tl'ia prohibuit, et ſe odiſſe teſtatꝰ ē: q̄m et illa q̄ fieri iuſſit,
vtiq̄ʒ ad aliq̄ȝ ſignificacōʒ rerꝝ ſp̄ualiū magnarūq̄ʒ referunt.
Cur ergo illa prohiberet, q̄n̄ quidē poterāt ꝑpt eand earꝝ d
rerꝝ ſig̃ficacōʒ, ꝑpt quā et iſta licite fiebāt, nichilōiꝰ licite
fieri, niſi quia nec tale aliquid ſignificantia, quale expedit
credere, humana deo ſacrificia placuerunt: quando non
pro iuſticia quiſq̄ʒ ab inimicis, quia recte viuere voluit, vel

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

peccare noluit, interimitur, ſed homo ab hoīe, tanq̄ electa
hoſtia more pecoris imolat'? Quid ſi, ait aliq̄s, qm̄ pecorū
victimę, iam eo tp̄e quo fuerant vſitatę, quamuis et ipſa, ea
recte intelligentibus, ad ſignificatōnem ſpiritualium refe-
runtur, minus tamen faciebant intentos, ad magnum ſacra-
mentum chriſti et eccleſię requirendum. P̄pterea deus re
inſigni et inopinata volens, quaſi dormientes hominū ani-
mos excitare, eo magis quo talia ſibi ſacrificia offerri ve-
tuerat, curauit ſibi eiuſmodi aliquid offerendum, ut ipſa
ammiratio magnam gigneret queſtionem: et magna que-
ſtio, ad pſcrutandum magnum miſterium, ſtudiū pie mentiſ
erigeret, pie vero pſcrutans mens hominis altitudinē pro-
phetię, velut hamo piſcem, dn̄m xp̄m de profundo ſcriptu-
rarum leuaret? Huic nos ratōni et conſideratōni non ob-
ſiſtimus: ſed alia eſt queſtio, de animo vouētiſ, alia de pro-
uidentia dei qualicūq; animo eius bene vtentis. Quamob-
rem, ſi ſpiritus domini, qui factus eſt ſuper Jepte, ut hoc vo-
ueret omnino precepit, quod quidem ſcriptura non aperu-
it, tamen ſi hoc ille precepit, cuius non licet iuſſa contem-
nere, non ſolum inſipientia culpanda non eſt, verum etiam o-
bedientia laudanda eſt. Hoc enim etiam, ſi ſe homo inte-
rimat (quod vtiq; humana voluntate atq; conſilio facere
nefas eſt) profecto, intelligendum eſt, obedienter fieri, po-
tius q̄ ſceleſte, ſi diuinitus iuſſum eſt. De qua queſtione in
primo libro de ciuitate dei, ſatis diſputauimus. Si autem
Jepte humanum ſecutus errorem, humanum ſacrificiū vo-
uendum putauit, eius quidem peccatum, de vnica filia, iu-
re punitum eſt: quod etiam ip̄e verbis ſuis ſatis videtur o-
ſtendere, vbi ait: Heu me filia, impediſti me, in offendiculū
facta es tu in oculis meis, diſciſſis etiā veſtimētis ſuis. Ve-
rūtamē etiā hic eius error habet aliquā laudē fidei, qua deū
timuit, ut qđ vouerat redderet, nec diuini in ſe iudicii ſn̄iam
decliauit, ſiue ſpans deū prohibiturum, ſicut fec̄ abrahę, ſiue

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eius voluntatem, etiam non prohibentis, intellectam facere, potius q̄ contemnere ſtatuens. quanq̄ et hic merito queri poteſt: vtrū verius intelligitur, hoc deum nolle fieri, et in eo potius deo ſi non fieret obediretur: quoniam hoc ſe nolle et in abrahe filio, et in legitima prohibitōne mōſtrauerat. verūtamen ſi propterea Jepte non faceret, ſibi potius in vnica pepercisse, q̄ dei voluntatem ſecutus ēē videret. Magis ergo intellexit in eo, q̄ ſi filia occurrit, vltorem deum / iuſteq; pene ſe fideliter ſubdidit. timens ſeuiorem tanq̄ de tergiuerſatōne vindictam. Credebat enim, bone et virginis animam filie bene recipi, q̄ non ſeipſam vouerat immolandam, ſed voto et voluntati non reſtiterat patris, et dei fuerat ſecuta iudicium. Mors enim, ſicut nec ſibi a quoquam, nec cuiquam ſponte inferenda eſt, ita deo iubente, recuſanda non eſt, cuius conſtitutōne quocunque tempore ſubeunda eſt. Nec quiſq̄ eam perpeti detrectat ut omnino euitetur, ſed tantūmodo, ut differatur laborat.

Nunc iam, quid ſpiritus domini / ſiue per neſcientem Jepte / ſiue per ſcientem / ſiue per eius imprudentiā / ſiue per prudentiam / ſiue per obedientiam / ſiue p offenſionem / ſiue per fidem, in hac re geſta prefigurauerit, quantum deus adiuuat, requiramus, breuiter et pandamus. Ammonet enim nos et vrget quodāmodo, iſte ſacrarū ſcripturarū locus, cogitare quedā potētē virtute, talis em dicitur Jepte, quod nomen interpretatur aperiens. Dominus autem chriſtus (ſicut indicat euangelium) diſcipulis ſuis aperuit ſenſum, ut intelligerēt ſcripturas. Hunc Jepte fratres eius reprobauerūt, et de paterna domo expulerīt, obijciētes ei, q̄ eſſet filius fornicarie, tāq̄ ipſi eſſēt de vxore legitia nati. Hoc etiā egerīt aduerſus dnm, pricipes ſacdotū et ſcribe et phariſei, qui de legis obſeruacōe gl'iari videbātur, tāq̄ ille ſolneret legē, et ideo veluti nō eēt legitimus filius

Et qm̄ de ſancta quidem virgine corpus aſſumpſerat, qđ
fidelibus notū eſt. tñ eius mater, quantum ad gentem ptı:
net/etiam illa iudaica ſynagoga dici poteſt. Reuoluat qui
voluerit ꝓpheticos libros, et videat quotiēs et quanta ver-
bi ſeueritate/atq; indignatōne dñi, illa gens, velut impudi-
ca mulier, de ſuis fornicatōnibus arguatur. Unde eſt etiā
illud in hoc libro recentiſſimū, vel cū poſt effod, quod fe:
cit gedeon, om̄is iſrabel legitur fornicatus, vel q abierūt
poſt deos gentiū, quibus erāt circūdati: vnde in illos di:
uina ira ꝯmota eſt, niſi ꝑ annos. xviij. contererent a filiis
ammon. Sed nūquid non ex eadem gente iſrabel, etiam illi
nati erant ſacerdotes et ſcribe et phariſei, quos in eis dixi:
mus ꝑfiguratos, qui Jepte/tanq̄ iſti dñm xp̄m, veluti nō le:
gitimū filiū, pſecuti expulerūt? Sed in eo ſimilitudo adum-
brata eſt, quod iſti (ut dixi) veluti legis obſeruatores/eū
qui contra p̄cepta legis facere videbatur, tanq̄ legitimi, ñ
legitimū vere ſibi viſi ſunt eiecisſe. Scđm hoc em̄ plebs il-
la dcā ē fornicari/q leg p̄cepta ñ ſeruās/tā q̄ viro ñ exhibe-
at fidē Sic aūt ſcp̄tū ē de Jepte. Et creuerūt filij vxoris, et eie-
cerūt Jepte. Verbū qđ poſitū ē, creuerūt, ſignificat ī figura p:
ualuerūt. Quod in judeis impletum eſt, qui p̄ualuerūt in:
firmitati xp̄i, q2 ita voluit, ut ab eis que oportebat, paſſio:
ne pferret. ſicut hoc idem ſignificans Jacob, p̄ualuit ange:
lo, cum quo ut ip̄m portenderet, luctabatur. Dixerūt ergo
ad Jepte. Non hereditabis in domo p̄ris noſtri, qm̄ filius
mulieris fornicarie tu Tāq̄ diceret, q euangeliū loquitur,
non eſt iſte homo a deo, qui ſic ſoluit ſabbatum. Se autē
iactantes, velut legitimos filios, domino dixerunt. Nos ex
fornicatōne non ſumus nati, vnū p̄rem habemus deum. Et
fugit Jepte a facie fratrum ſuorum, et habitauit in terra
Tob. Fugit, qm̄ ſe quantus eſſet abſcondit. Si enim cog:
nouiſſent, nunq̄ dñm glorie crucifixiſſent. Fugit, qm̄ mori-
entis īfirmitatē viderūt, virtutē aūt reſurgētis nō viderūt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Habitauit aūt in terra bona, vel ut expſſius dicamus, opti-
ma. Quod em̄ grece agathen, dicitur, hoc latine optimū
dicitur. Jd aūt interp̄tatur, tob, vbi michi intelligenda vi-
detur eius a mortuis reſurrectō. Nā q̄ terra maḡ optima, q̄
terrenū corpus excellentia immortalitatis et incorruptō-
nis indutum ē. Q͡ aūt dicitur de Jepte. q̄ poſtea q̄ fugiēs
a facie fratrum ſuoꝝ, et habitauit in terra tob, colligeban-
tur ad eum viri latrones, et ambulabāt cum ip̄o: quanq̄ et
ante paſſionē, obiectum fuerit dn̄o, q̄ cū publicanis et pec-
catoribus mādūcaret: qn̄ reſpondit, non eſſe neceſſariū ſa-
nis medico, ſed egrotis: et inter iniquos deputatus eſt,
qn̄ inter latrones crucifixus eſt, et vnū ex eis de cruce ī pa-
radiſum tranſtulit: tamen poſtea q̄ reſurrexit, et eſſe cepit
ſcdm̄ id quod ſupra expoſuimus ī terra tob, collecti ſunt
ad illū ſcelerati homīes, ꝓpter remiſſionē pctoꝝ, qui cū illo
ambulabant, q̄ ſcdm̄ eius p̄ceptum viuebāt. Neq̄ hoc fie-
ri deſinit, vſq̄ nūc et deinceps, quouſq̄ ad eū confugiunt
mali, ut iuſtificet impios, quis ad eum ouertātur, et diſcāt
iniqui vias eius. Jam illud, quod hij qui abiecerāt Jepte(
erat em̄ galaadites) ouerſi ſunt ad eum, et queſiuerūt eum,
p quem liberarent ab inimicis ſuis, q̄ clara p̄figurati-
one ſignificat, q̄ hij qui abiecerūt xp̄m, ad eum rurſus cō-
uerſi/ in illo repiūt ſalutem: ſiue illi intelligātur, quos Pe-
trus ap̄lus, cum de ip̄o ſcelere arguiſſet (ſicut in actibus a
poſtoloꝝ legitur) et hortatus eſſet, vt ad eū quem fuerāt
perſecuti, conuerterentur/ compuncti ſunt corde: et ab illo
quem a ſe alienauerant deſiderarunt ſalutem. Quid eſt
autem liberari ab inimicis/ niſi a peccatis? Sic autem illis
ait: Agite penitentiam, et baptiſetur vnuſquiſq̄ veſtrū, in
nomine domini noſtri Jheſu Chriſti,/ remittentur vobis
peccata veſtra. Siue illa potius ſignificetur, que in fine
ſperatur, nouatio gentis iſrahel. Magis quippe id videtur
appetere, in eo quod dicitur. Et factum eſt poſt dies.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quod vtiqꝫ poſt tēpus ſignificat: et ꝑ hoc ſigficat, nō illō
intelligendō, qḋ recēti paſſione dñi ē, ſꝫ poſtea futꝰm eē. Quo
videt etiam id ptinere, q illi ſeniores galaad venerīt ad Jepte,
vt per etatem ſenilem, poſteriora et nouiſſima tempora ac=
cipienda ſint. Interꝑtatur autē, galaad, abitiens ſiue reue-
latio, quoꝝ vtrunqꝫ ſatis huic rei congruit, quia primum
dominum jheſum chriſtum abiecerunt, eiſqꝫ poſtea reuela-
bitur. Q vero, contra filios āmon dux querebatur Jepte, q̄-
bus victis liberarentur, qui eo duce aduerſus illos debel=
lare cupiebant: quoniam interpretatur, āmon, filius populi
mei, ſiue populus meroris, profecto, aut illi ſignificantur
inimici, qui ex ipa gente pſeuerantes in infidelitate, ꝑdicti
ſunt: aut omnino gehenne predeſtinati, vt erit fletus et ſtri-
dor dentium, tanquam populo meroris. Quanquam popu=
lus meroris, nō incōuenienter etiā, diabolus et angeli eius
intelligantur, ſiue quia eternam miſeriam eis, quos decipi=
unt acquirunt, ſiue quia et ipi eterne miſerie deputati ſunt.
Eleganter ſane, ad exprimendam multo euidentius prophe-
tiam, Jepte reſpondit ſenioribus galaad. Nonne vos odio
habuiſtis me, et eieciſtis me de domo patris mei, et emiſi=
ſtis me a vobis, et qḋ eſt q veniſtis quando tribulati eſtis?
Inde aliquid figuratum eſt in Joſeph, quem fratres ven=
dentes abiecerunt, et cum fame tribularentur, ad eius opē
miſericordiamqꝫ conuerſi ſunt. Hic vō multo amplius elu-
cet ſignificatio futurorum, q non ipi prorſus fratres, q̄ eie-
cerunt Jepte, ed eum venerunt: ſed galaad ſeniores pro vni-
uerſo illo populo ſupplicantes, ſicut eadem gens dicitur iſ=
rahel, ſiue in eis qui tunc fuerunt, xp̄mqꝫ reprobauerunt,
ſiue in eis qui ad eius opem poſtea reuerſi ſunt. Populo
enim dicitur inimico, ſiue in maioribus/ ſiue in poſteris ſuis
longa odia trahenti atqꝫ ſeruanti, tandēqꝫ conuerſio in eis
qui tunc conuerſuri ſunt. Nonne vos odio habuiſtis me et
eieciſtis me, de domo patris mei? Hoc enim eis viſum eſt,

qui pſecuti ſunt, q̄ eiecerunt xp̄m de domo dō, i qua regñi
ei9 nō erit finis. Et dixerūt ſeniores galaad ad Jepte. Nō ſic
mō venim9 ad te, tanq̄ diceret iudei conuerſi ad xp̄z, tūc in-
uenimus et pſeq̄remur, mō venim9 vt ſeq̄mur. Profitentur
etiam aduerſus inimicos, eum futurū ſibi caput inimicos.
Reſpondet etiam ille, qui eoꝝ vicerit inimicos, qd̄ erit eis
in principe / q̄d gedeon noluit, cum id iſrahelite voluiſſent.
Reſpondit quippe illis, princeps veſter dn̄s erit. Rex eñi
nomine principis ſignificatur, quem nondum habebat gēs
illa, tempore iudicum. ceperunt autē habere ſaulem, et de-
inde alios ſucceſſores eius, qui in libris regum legunt. Naꝫ
in Deutronomio, cum eis precipitur, qualem debeant habe-
re regem, ſi hoc eis placuerit, non ibi rex ſed princeps ap-
pellatur. Sed q2 iſte Jepte illum figurabat, qui verus eſt rex:
qd̄ etiam in titulo ſcriptū fuit, q̄ cruci eius affixus ē, quē Py-
lat9 delere, vel emendare auſus nō ē, ideo credendū ē eſſe
dictum, ero vobis i principem. Illi aūt dixerūt: eris nobis
in caput, qm̄ caput viri xp̄us, et ipe ē caput corpis eccleſie.
Deniq3 poſtea q̄ eos liberauit Jepte ab oībus inimicis, nō
eis fact9 ē rex, vt intelligerem9 illud, quod dictū eſt ad pro-
phetā, poti9 ptinuiſſe de xp̄o, q̄ ad ipm̄ ꝓpriē Jepte, de quo
ſcriptura narrationem ita concludit. Et iudicauit Jepte iſ-
rahel ſex annis. et mortuus eſt Jepte galaadites, et ſepult9
in ciuitate ſua in galaad. Iudicauit ergo iſrahel ſicut ce-
teri iudices, non ibi regnauit vt princeps, ſicut hi qui reg-
noꝝ volumine continentur. Jam vero, q̄ poſtea q̄ eis idē
Jepte dux conſtitutus eſt, miſit nuntios ad hoſtes prim9 pa-
cis verba portantes: illud oſtenditur quod ait apoſtolus.
in quo chriſtus loquebatur. Si fieri poteſt, quod ex vobis
eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Verba por-
ro ipa que mandauit jepte, omnia ptractare nimis longū
ē, feſtinātib9 nobis. Videnť tñ michi ſic intelligēda, quātū
attinet ad ſignificatō; futuroꝝ, vt i eis aduertat doctrina xp̄i.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ammonet nos, queadmodum ſit ambulandum, hoc eſt, vi-
uendū īnt eos, q̄ nō ſcd̄m ꝓpoſitū vocati ſūt. Nouit em̄ dn̄s
qui ſunt eius. Jam vero, qꝫ cum eſſet debellaturus inimi-
cos, factus eſt ſup eum ſp̄us dn̄i: ſignificatur ſp̄us ſanctus
impertitus membris xp̄i. Qꝫ aūt ptranſijt galaad et manaſſe,
et tranſijt ſpeluncā galaad, ad tranſ filios ammon, proficiē-
tia ſignificātur membra xp̄i, ad victoriā de inimicis repor-
tandam. Galaad quippe interp̄tatur / abiciens, et manaſſe /
neceſſitas. Tranſcendēdi ſunt ergo a proficientibus abici-
entes, id eſt, ɔtemnentes, tranſeūda et neceſſitas, ne forte
cum tranſierit, cui proficit, cedat terrentibus. Trāſeūda
etiam ſpecula galaad, quem galaad etiam reuelacōez inter-
p̄tat̄. Eſt aūt ſpecula, altitudo ad aſpiciend̄ vel deſpiciend̄,
id ē, deſup aſpiciend̄. Specula itaqꝫ galaad, ɔgruent michi
videt̄ ſignificare, ſupbiam reuelatōis. Vnde dicit ap̄lus:
Et in magnitudine reuelatōnum ne extollar. Ergo et ip̄a
tranſeūda eſt, id eſt, non eſt in ea manendū, ꝓpter cadendi
piculum. His ptranſitis, facile ſupantur inimici: quod ſig-
nificat dicendo, et ab ſpecula galaad, trans ad filios am-
mon: de quibus inimicis iam ſupra dictum eſt. Et vouit
Jepte votum, et dixit, ſi traditōne tradideris michi filios
ammon in manu mea, et erit quicūqꝫ exierit de ianuis do-
mus mee in obuiam michi, in reuertendo me a filijs ammon
in pace, et erit, offeram eum holocauſtoma dn̄o. Querit̄
in hoc loco cogitauerit Jepte, ſcd̄m cogitatōnem humanā,
non videt̄ vnicam filiam cogitaſſe. Alioquin non diceret,
cum illā cerneret occurriſſe, heu filia mi, impediſti me, in
offendiculum facta es in oculis meis. Impediſti, em̄ ita di-
ctum eſt, tanq̄ ſe ad hoc impeditū iudicauerit, ne illud qd̄
cogitarat īpleret. Sed quem potuit cogitare primit⁹ oc-
currentem? qui filios alios non habebat. An coniugem co-
gitauit? et ut hoc fieret, deus noluit: et ut n̄ relinqret ip̄u
mtū, ne quis deinceps id auderet, et ut magna prouidētia

ex hoc quoq; ipo quod accidit, ſacramentū eccleſię figura-
ret? Ex vtroq; igitur ꝓphetia coaptata eſt, ex eo q́ nomē
cogitauit, et ex eo quod nolenti contigit. Si eñ coniugē
cogitauit, coniunx xp̄i eccleſia eſt, propterea relinquet ho-
mo patrem et matrem, et adherebit vxori ſue, et erūt duo
in carne vna. Sacramentū hoc magnū eſt, inquit ap̄lus.
ego aūt dico, in xp̄o et in eccleſia. Sed q꞉ huius Jepte con-
iunx virgo eſſe non potuit, in eo q́ filia potius occurrit,
et inulta non remanſit, prohibitum ſacrificium vouentis
audacia, et virginitas eccleſię figurata eſt. Nec abhorret
a vero, q́ filię nomīe eadem ſignificatur eccleſia. Nā cuiꝰ
alterius typum gerebat etiam illa mulier, cui poſt tactam
fimbriam ſuam ſanatę ait dn̄s: filia fides tua te ſaluā fecit,
vade in pace? Et certe, vnde nullus ambigit, diſcipulos
ſuos ip̄e, ſponſi filios, appellauit, ſe aptiſſime indicās ſpon-
ſum. Non pn̄t, inquit, ieiunare filij ſponſi, q̄diu cū illis eſt
ſponſus. Venient aūt dies, cū auferetur ab eis ſponſus, et
tūc ieiunabūt. Holocauſtoma ergo, erit eccleſia, quā vir-
ginē caſtā, btūs ap̄ls appellat, qn̄ in reſurrectōne mortuoꝝ
fiet in vniuerſa, qd̄ ſcriptū eſt: Abſorpta ē mors ī victoria.
Tūc tradet regnū deo et pr̄i, qd̄ regnū ip̄a eccleſia ē, ip̄e
cuiꝰ figurā uouēs ille geſtabat. Sed qm̄ tūc fiet, cū ꝯple-
ta fuerit ſexta ętas, ſcꝫ: ideo .lx. dieꝝ a v̓ginitate dilatio
poſtulata eſt. Ex oīb9 quippe ętatibus eccleſia ꝯgregat̄.
Quaꝝ prima ē, ab adā vſq; ad diluuiū: ij. a diluuio vſq;
ad abrahā: iij. ab abrahā vſq; ad dauid: iiij. a dauid vſq;
ad trāſmigrōēz ī babyloniā: v. ab hac trāſmigrōe vſq; ad
v̓gīs ptū: vj. inde ī hꝰ ſeculi finē: p quas .vj. ętates, tāq̄ p
.lx. dies, fleuit ſancta virgo virginalia ſua: q꞉ licet virgina-
lia / tamen fuerant peccata deflenda, ꝓpter q̄ vniuerſa / ip̄a
v̓go toto orbe diffuſa, quotidie dicit: Dimitte nobis debi-
ta noſtra. Eoſdem autem .lx. dies, duos menſes maluit ap-
pellare, quātū exiſtiō ꝓpter duos hoīes. Vnū, p quē mors,

alterum, per quem reſurrectio mortuorum. Propter quos etiã duo teſtamenta dicũtur. Quod vero factum eſt in pręcepto in Iſrahel, ex diebus in dies conueniebant lamentari filiam Jepte Galaaditen, quatuor dies in anno, non puto ſignificare aliquid, poſt impletum holocauſtoma, quod erit in vitam ęternam, ſed pręterita tempora eccleſię, in quibus erant beati lugentes. Quatriduo ante, figurata eſt eius vniuerſitas, propter quatuor partes orbis, per quas longe lateque diffuſa eſt. Ad hyſtorię vero proprietatem, non arbitror hoc decreuiſſe Iſrahelitas, niſi quia intelligebant in ea re, iudiciũ dei magis, ad percutiendum patrem fuiſſe depromptum, ne tale ſacrificiũ deinceps vllus vouere auderet. Nam, quare luctus et lamentatiõ decerneretur, ſi votum illud leticię fuit? Si aũt et illud, quod populus effren poſtea ab eodem Jepte debellatus eſt, ad iudicium dei quod erit in fine, referendum eſt: ſicut ipſe dñs dicit: eos qui noluerunt me regnare ſibi, adducite huc et interficite coram me, nec ibi .xlij. milia vacanti numero commemorati ſunt. Sicut enim illi duo menſes, propter .lx. dies, ſenariũ numerum ſex ętatum ſignificant, ita et ibi ſexies ſeptenarius ductus, hoc idem figurat, quantum ad ſex ętates ſeculi pertinet. Sexies etenim ſeptẽ .xlij. ſunt. Nec fruſtra et ipſe Jepte ſex annis populũ iudicauit.

de festo Exaltationis S. Crucis institutio

Relatio glorioſiſſima.

Leuate oculos veſtros, vniuerſi ſanctę xpianę religionis fratres, et conſiderate nouam ammiratõnem, quam his temporibus oſtendit nobis deus, ad gloriam nominis eius. Conſiderate ineffabilem magnitudinẽ diuinę ordinatiõis, et lamentum ſumite cum leticia. In deo quidem nichil extraneum eſt, quia deus noſter omnipotens ẽ. Quoniam aũt in diebus nřis, circa nos notam fecit deus virtutem ſuam. Obſtupeſcat omne cor audientiũ, pro enormitate ſceleris, et magnitudĩe mirabiliũ dñi. Cõturbata eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

abyſſus, Luna et ſol obtenebrati ſunt, a facie iniquitatis: ſed
et oēs virtutes celoꝝ/et omnis ornatus eoꝝ/laudem et
gloriā dederūt deo, qui magnificentiā et virtutē opatus ē
in filio ſuo. Audite igitur, frēs, qđ factū eſt verbū in diebꝰ
nr̄is et obſtupeſcite, intelligētes enī intelligite, et inclina-
te corda vr̄a ad dei magnalia. ¶ Eſt ciuitas, que vocat Be-
rithus, adiacēs inter terminos tyri et ſydonis, pbens tributū
anthiochie. In hac ciuitate multitudo erat judeoꝝ/et ſy-
nagoga eoꝝ magna valde. Accepit aūt quidā xpianus (da-
to pcio) a quodā domū in ipenſionē, in qua habitās fecit i- locationem
maginē ſaluatoris nr̄i jhū xpi in oſpectu lecti ſui: et ſtatura
quidē picture non magna, ſed mediocris, q̄ tn̄ totā imagi-
nē ſaluatoris otineret. Aliquātū tpis fluxit, et ſubſtantia
viri illiꝰ creuit valde: utpote/vbi miſeratō et diſpoſitō dī
mirabiliter opari cepit, et ampliorē ſibi ad diuertendum
xpianus ille querere cepit domū. Tollēs aūt oēs ſupellecti-
lē/ſuā tranſtulit a ſupradicta cella, q̄ et ipa valde otigua e-
rat ſynagoge judeoꝝ, ad aliū, quē ad habitādū elegerat lo-
cū, ſolius imaginis dei imemor factꝰ: qđ et p prouidētiā
dei ita otigit accidiſſe. Rurſus vero judeꝰ quidā accepit
in impēſionē eādē cellā, vbi imago dn̄i relicta fuit: et intro-
ducēs oīa ſua, ibidē ouerſari cepit: nō cognoſcēs, aut aliqn̄ p-
ſpiciēs imaginē dei, eo qꝛ ex aduerſo, velut in occulto repo-
ſita ſtaret. In vna aūt dieꝝ iuitauit ipe quēdā aliū judeū
ad prādiū ſecū, Et int prādēdū, eleuās oclos ſuos ille qui
vocatꝰ venit judeꝰ, vidit imaginē dn̄i nr̄i jhū xpi, et ait: Dū
tu ſis judeꝰ/quō jmaginē iſtā hēs? Et iiurias q̄dē mltas et
nefādas dixit otra ſaluatorē, ab hora qua ſcāz imaginē aſ-
pexit, qꝛ etiā nefas duxi ſcribere. Et ſatiſfecit ei, ille q eū i-
uitauit, qꝛ ex eo tpe quo i eād domo ouerſari cepit, imagiz
dn̄i ibi n̄ cognouerit, Surgēs aūt cū indignatōe, abijt ad pri-
ſacdotū. Cōpiētes aūt ab ipo q̄ facta ſūt/dixerūt ei: Potes
hoc nobis demōſtrare? At ille otioratus eſt dicēs: qm̄ ego

hec vobis exhibebo ī domo eiꝰ. Itaqꝫ trāſacta hora veſpertina, illo die ſiluerūt. Mane aūt facto, ſummi pricipes, ſacerdotes, et ſeniores populi, turba quoqꝫ multa gentis eorum, abierūt in domum iſtam, vbi ſtabat imago dñi ihū xpi, et puemētes domū, impetu facto, irruerūt in eam, irati valde circa hebreū illū, qui ibi hoſpitabat, extra ſynagogā eū expulerūt. Deponētes vero ſanctā imaginē, dixerūt: Quēadmodum ſicut audiuimus, patres nr̄i huic olim illuſerūt, et nos illudamus. Tunc ceperūt expuere in faciē eius, et pcutiebant eam. Dixerūtqꝫ, quāta fecerūt ei patres nr̄i, et nos omnia faciamus: et ꝯuiciabant ei multis criminoſis ſermonibus: que etiā pro enormitate ſceleris ſcribere nefas fuit. Item, dixerūt: Quia ꝯfixerūt manus eius et pedes: hoc et nos faciamus. Configētes aūt manus et pedes, adiecerūt dicētes, Audiuimus, qꝫ acetū et fel dederūt ei, porrecta ſpongia, hoc idem et nos faciamus. Et admota arūdie, cū ſpōgia plena aceto cū felle, apposuerūt ori eius. Addiderūtqꝫ iniquitatē ſup iniquitatē, dicētes: Dixicimus, qꝫ arūdine pcuſſerūt caput eius patres nr̄i, ſimiliter et nos faciamus. Et pcuſſerūt caput eius arūdine. Finitis vero omnibus his, dixerūt: Sicut lancea latus eius apuerūt, ita et nos ꝯfodiamus: et pforato lācea latere imaginis dñi, exiuit ſanguis et aqua. Gloria tibi fili dei viui, qui de ſupnis ſedibus deſcēdiſti, pro nr̄a ſalute tuā exhibere pn̄tiā, et pro liberatōe nr̄a (cū immortalis eſſes) morti te tradidiſti. O ineſtimabilis benignitas ſaluatoris nr̄i ihū xpi, ut rememorareris antiqua pietatis tue opa, hec mirabilia tua, celo et terris ſtupenda et glorificāda, iterū renouaſti. Erigite filij lucis oculos mentis vr̄e, et exhilarate corda: qꝫ hodie facta ē vobis redemptō: et iugū captiuitatis vr̄e ꝯtritū ē. Audite ergo et glorificate deū, pro bn̄ficijs q̄ adhuc vobis āmiſtrat. Principes ſacerdotū, poſtq̄ lācea latꝰ imagis dñi ꝯfoderāt, dixerūt: qꝫ diuulgata ſūt p vniuerſam terrā ſigna et vtutes plurime,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

que fecit jhesus nazarenus, recipiamus sanguinē de latere imaginis eius, et oēs infirmos et male hn̄tes, p vniuersā synagogā inde aspgamus, ut expiamur v̄tutē xp̄i, et si vera sunt que dicta sunt. Et supponētes ampullam vitreā loco vulneris, receperunt in ea sanguinē et aquā, de latere imaginis dn̄i decurrentē. Adhuc ipis nō credētibus, sed iniurias et blasphemias inferētibus, portabāt ampullā plenā salute et virtute, ad locū, in quo multitudo languentiū coadunata fuit. Primū quidē oīm, paliticū quendā a natiuitate adeūt, liquore scō pungūt, sanitati et icolumitati reddūt. Ceci q̄mplurimi, a tactu sacre punctōis, gaudiū receperunt luminis. Demoniaci, ad odorē dīne v̄tutis, quotquot afferebant, purgabātur. Ubi aūt celebre verbū hoc factū est, p vniuersam ciuitatē, alij atq3 alij secū egrotos suos ingerētes, de agris, vicis, et de domibus, multitudine infinita, profluebāt, et salui fiebāt. Repleta est aūt synagoga eor paralyticis, surdis, claudis, demoniacis, leprosis, aridis, cecis mutis, et oīmi genere morbor egrotātibus, et a quocūq3 genere languoris detinebātur, sanabant. Videtes aūt principes sacdotū, et oīs synagoga eor, signa et prodigia magna q̄ fiebāt cū mlierib9 et infātib3 credētes, clamabāt deo prī, et jhū xp̄o filio eius, atq3 spūi sancto, Vn9 deus pater, vn9 xp̄s dei fili9, vn9 ex vtroq3 procedēs spūs scūs, qui i trinitate pfecta viuit et regnat de9 in secula amē. Gloria tibi xp̄e, quē prēs nr̄i ignorātes crucifixerūt: qui nūc a nobis, in sancta imagine tua crucifixus es, Gloria tibi fili dei viui, qui per signa potentie tue illūiasti cecitatē cordiū nr̄or, et ad tuā miscdiam traxisti, tibi credim9, ppici9 esto nobis, et suscipe lacmas et penitētiā nr̄a3: ne forte pro magnitudie scelerr, infern9 apiēs os suū deglutiat nos. Qui cū prībus nr̄is mirabilia magna fecisti, et bn̄ficia innūerabilia p̄stitisti, pce iniq̄tatibus nr̄is, et medere aīabus nr̄is. Et clamor magnus fiebat clamātiū, et dn̄m iuocātium. Sanatis v̄o oīb9

qui aducti fuerant infirmis: principes ſacerdotū, et oīs
multitudo eoꝝ, cucurrit ad ep̄m ciuitatis, vna voce clamā-
tes: Vnus deus pater, vnus ihū xp̄s filius eius, quē p̄res
nr̄i crucifixerūt, vnus et ſp̄us deus. Et ꝯfitētes pc̄tā ſua, ip-
ſam ſanctā imaginē oſtēderūt ep̄o: narrātes etiā, qualiter
ſanguis et aqua de latere ipſius cucurrit, et quāta mirabi-
lia facta ſunt. Ep̄us aūt vniuerſalit̄ indicto ieiunio, oēs
regenerauit ſcō baptiſmate, quos oēs ipſe ſuſcepit. Sy-
nagogā quidē eoꝝ principalē, eccleſiā ꝯſecrauit, ī honore
ſaluatoris nr̄i ihū xp̄i. Ceteras vero ſynagogas eoꝝ dedi-
cauit eccleſias, in honore apl̄oꝝ et martyrū. Factūq; eſt
gaudiū magnū, nō ſolū, q2 tāta corpa curata ſūt, ſed et q2
aīe mltoꝝ de morte ad vitā trāſlate ſunt. Hec ſciēs ergo,
dilectiſſimi frēs, acceleraui manifeſtare vobis, vt ī hoc e-
tiā cognoſcētes vtutē et miſc̄diam dn̄i nr̄i ihū xp̄i, amplius ꝯ-
firmati ſitis ī fide, et grāꝝ actōes illi reddatis. Pro mira-
bilibus et bn̄ficijs, q̄ dn̄s oſtēdit, decreuit ſcā romana, et ā-
tiocenſis eccleſia, die quīto iduū nouēbriū, ſolēnitatē agi, ī
quo hec facta ſunt, ad laudē dn̄i nr̄i ihū xp̄i, qui vi. et re. p
o. ſ. ſ. Amen.

Seq̄t' liber ſentētiaꝝ vel Aſſer-
tionū ipſi9 Hugonis de S: V: